

larum omnium fontem declaravit Alexander VII. præventum. Coniecturam meam confirmavit doctrina illa lane festiva, quam ex Auctore a me supra cap. x. num. 33. citato adopravit. Quanam hæc? Chocolates nec potus est, nec cibus. Quid ergo? Medicinæ potus. Quod commentum lane invidiosissimum, et confirmet, auctoritatem S. Augustini ex *epist. xviii.* in medium adducit. *Duo sunt officia medicæ &c.* Legi integram *epist. xviii.* olim lxxxi. Dehis oculis percurri *epist. xviii. vet. edit. nunc xciii.* ad *Vincenium* valde prolixam, & nec verbum offendi allegari testimonio medicinali. Legit fortasse illorum quibus, ut molliorem opinandi probabilitatem promovent, depravate Scripturam sanctarum textus, adverte quare in erronea fene Patrum testimonia, familiaria est. Quare lectio integra Augustiniana *epistole xviii. nunc xciii.* ad *Vincenium* sponte currenti calcaria addidit, ut eisdem mihi obiecta epistolæ verbis alloquerer Censorem clarissimum. *Non omnis qui parci* (inquit ibi circa initium S. Augustinus) *amicus est, nec omnis qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici quam voluntaria oscula inimici. Melius est cum severitate diligere quam lenitate decipere. Utillus est vicini panis tollitur, si de cibo securus iugium negligebat, quam est vicini panis frangitur, ut iniustus seductus acquiescat.* Legendam epistolam citatam suadeo erudito Censori.

III. Ex epistole isto, quantum probabili asequi coniectura valeo, eruditus Censor mihi adversarium laxa opinandi ratione præoccupatus, propriam quoque eorumdem scribendi formam imitatus est. Excandescere illi solent, & supercilia contrahere, dum suaxæ & nimium blandientis doctrinæ paradoxo natis coloribus representant, & deridenda propinari vident. Et cum pugrare ratione nequeant, maledicta contorquent. Hanc eandem insidit viam Censor noster. Quid? An ille modestissimus, & ad humanitatem compositus, me furore abreptum, & insaniam debacchantem traduxisset, nisi eorumdem probabilissimo ulcere tactus, & scribendi formulæ præventus fuisset?

IV. In aliquo similiter Probabilissimum libello sicuti testimonium S. Augustini, ita testimonium sanctissimi Prophetæ Ezechielis ab illo lectum esse sentire nos convenit. Si enim in suo fonte integrum illud *capit. xlii.* proprio mentis acuminè expendissem, certior factus fuisset mihi etiam

erranti quadrare hand posse severissimum in crepationem a Deo latam in Pleudoprophetas, qui non severa, & amara pocula, sed dulcia forbilla propinquant. Audiat pulvis populi cervicibus supponant. Audiat eruditus Censor quid post obiecta verba, *vident vana, & divinant mendacium.* Prophetæ Ezechiel continuo ibidem adiciat. *Ve qui consuunt pulvilles sub capite suo manus, & faciunt cervicalia sub capite universo carnis ad capiendas animas. . . Et violabant me ad populum meum (N. B.) propter pugillum bordes, & fragmen panis & cyathum chocolatis cum crullulo, et interficerent animas que non moriuntur. & vivificarent animas que non vivunt.* Quam later, in me *Rigorissimam*, ut adversari contendant, etiam errantem detorqueri Ezechielis verba non posse?

V. Que hæctenus dicta sunt, inde magno opere confirmantur, quod dignissimus Censor non provocator non lascivus tam levis ferula me exceperit. Postquam cum neque ab indole, neque a consuetudine ad similem scribendis rationem inclinaret, consequitur huc acerbitatis & aerimonie adductum esse enimio, & impotenti erga laxissimum ætatis nostræ opinandi modum affectu. Ictu Christi caritas urget, ut errantem Censorem, & alios fratres in errorem pertrahentem illuminare pro modulo nostro latagamus. Oculum iam est, opinionem que licitum chocolatis potum ieiunii tempore absolute defendit, nulla solida probabilitate nititur. Verum opponit ille Medici certissimam auctoritatem, que nisi commenticia offendorum, in potato errore perfleret. En paucis expostam nostræ brevissima responsionis causam. Non ergo, ut inordinentem remordeam, non ut vellicentem vellicem, & Plautino sale desericem, sed ut probatissimum virum probabilissimo fermento, & hodiernæ benignitatis pelle infectum, alicoque inficere conantem, in veritatis semitam reducam, calamm fringo. Celeberrimus igitur ille Physico Medicus, ad cuius tribunal causam appellat, in medium prodeat.

VI. Is est Ludovicus della FABRA primarius in Univeritate Ferrariensi artis medicæ Professor, qui in suis *dissertationibus physico-mediceis pag. 433.* chocolatis naturam, & partes quibus consistat, describit eo stilo quem ex subiectis testimoniis colligere lectio potest. Questionem theologicanam verare sibi minime vitio vertit artis medicinæ tantummodo cultor. Quoties ergo confuturæ pro dignitate soleo quorundam Casuistarum

cras-

crassissimas aberrationes, illorum opinionibus propriis ipsorum verbis conceptas in medium affero, ut lectores horrorem concipiant. Hanc in præfata sermo methodum. Itaque Ludovicus ille della FABRA pag. 433. hanc ita dicit questionem. „ Num autem casu nutriti, ac impingandi sit facultas, ut ab OMNIBUS ita admitta fuit, ut dubium moveret, an eius confessio ieiunium frangeret ecclesiasticum, uti in voto fuit Caldera. . . Nunc negatur patet. „ Nam eo tempore, ab hypotheli Calderæ commotus Cardinalis Brancatius leite probavit chocolatum. . . nequaquam frangeret ieiunium. „

VII. Turpiter in sola facti narratione FABRA erat. Cardinalis Brancatius unam chocolatis unciam ieiunii die sumendam tandem permittit ob materiam parvitatem. *Omnes* (te ille hoc Ludovicus FABRA) inesse cacao virtutum nutriti affert. At, inquit, *nunc negatur patet.* Ecce nam patet? Nemini profecto illorum qui cerebrum fatuum, communique sensu præditum habent. Vix in universa Europa doctus occurrit Medicus, qui tam immane paradoxon propugnare audeat. Eruditores universæ Italiae Medicos allocutus ego sum, omneque unum ore testati sunt, neminem nisi aut fatuam, aut bono sensu destitutum negare chocolati posse nutriti facultatem.

VIII. Sed iterum loquatur Ludovicus FABRA. Hæc ergo sibi opponit pag. 456. „ Nihil quoque plenè faciunt tot monumentis tradita exemplaria de emaciatis, consumptis, ac gracilibus chocolata cum enurtis, & pinguissimis, neque quod tot fatuissimi viri, de qua scripserit, eam ut pote oleam enurtire fateantur, & quod quique experiri valeat abique alio victu, ut dictum, sola chocolatae portione ter, quaterque in die assumpta facilius robustique trahere diem, cum experimento quoque constet solo tabaci fumo abique alia cibatione quosdam vixisse, & fortasse vivere ad labores. „

IX. Tabaci fumo illius Medici scilicet obnubilatum, extenuatumque fuisse dicamus fas est, dum talis scriberet. Tabaci fumus ad labores stomachum roborat, confirmatque? Ineptum iple, si hæc resellerem commenta. Tam crasse imaginationis conceitit continuum nostrum Physico-Medicum, qui *seq. pag. 457. num. 85.* hæc subdit. *Nequaquam tamen negandum, quod hæc confessio ad corporis nutritionem SUMMOPERE non confert, non prout ipsa sit, vel includat nutriti-*

Cont. Theol. Tom. V.

*um succum, sed quatenus balsamico suo tenui, blandaque oleagine veniens fermento, ut dictum, esurientia ab exoticis expurgat.* Exotica lane oratione declaravit Physico-Medicus rationem, cur chocolates nutritiuncula non exotica, sed familiarissima munio obtenta leuculentis suam munim opinionem his verbis. *Que de re, chocolata ad nutriendas partes, non ut PER SE fit, vel includat nutrimentum, sed quatenus CONCURRIT DISPOSITIVÈ.* Perregerit. Hæc sunt consæte distinctiones, quibus nonnulli Casuiste hodierni divinarum Scripturarum, & sanctorum Patrum doctrinam corrumpunt. Validius labefactare vanissimum, & communis sensui repugnantem opinunculam non poteram, quam commenta, quibus illam defendere studet Ludovicus della FABRA, retrechidendo. En quam verum proverbium fit: *Nihil tam insandum quod aliquis non effusius Philosophasset.* Huius Physico-Medici vanissima sententia representantur, ut eruditum, probumque Censorem monerem, ne fidem indiscriminatim adhibeat live Medicis, live Theologis omnibus nostri temporis, nisi severa critice, maturaque examine præceat. *Fideli, nolite omni Spiritui credere, sed probate Spiritus, si ex Deo sint. Quoniam multi Pseudoprophetae exierunt in mundum.* Epil. 1. Ioan. cap. iv.

## CAPUT XII.

*De qualitate unice comestione, necessitate ad ieiunium: & quomodo plures comestiones ieiunii integritati adversentur.*

I. UNICAM comestione ad ieiunium necessariam esse, iam supra demonstratum est. Qualitas nunc illius unice comestionis huius examini inducitur. Quoniam, ut quis intentioni sanctæ matris Ecclesiæ, ieiunium præcipiens, responderet, non satis est semel in diem comedere; sed insuper oportet ut hæc unica comestio apta fit ad concupiscentiam cohibendam, passionefque subigendas. Ut difficultates que agitari solent, clarius resolvantur, sequentia quædam propono.

II. Quæst. I. An illi qui die ieiunii semel comedentes, ita ventrem implent, & exquisitis condimentis palatum vellicant, totam selectis assillis gulam demulcent, ut nullam ieiunii afflictionem sentiant, sed concupiscentiam potius iritent, satisfaciunt ieiunii præcepto? Resp. Adversus hunc non paucorum



rum Christianorum abufum declamant Patres omnes, præcipue Auguftinus ferm. cxx. *Sunt quidam obferuantes Quadragefima, dillicio potius quam religiofi, exquirentes novas fauoritatem magis quam veteres concupifcentias captantes, qui copiofis, pretiofisque apparatibus fructuum dæroferorum, quorumlibet obferuorum varietates, & fapores fuprare contendunt. Vafa, quibus coctæ sunt carnes, tamquam immunda formidant. Ieiunant, non ut folium temperando minuant ebullentem; fed ut immoderatam difterendo egerant aviditatem. Nam, ubi tempus refectiuum aduenit, opimis menfis, tamquam pecora præceptis irruunt: numerofiffimis ferulis corpora obruant, ventrefque diftendant. . . . Tamquam non fit Quadragefima pie humilitatis obferuatio, fed noxe voluptatis occasio. . . . Quid autem abfurdum quam tempore quo caro artibus caftiganda eft, tantas carni feruoritate procurare, ut ipfa faucium concupifcentia nolet Quadragefima præterire? Quid inconuenientius quam in diebus humilitatis, quæda pauperum victus omnibus imitandus eft, ita vorare, ut, fi toto tempore fie viuatur, vix poffint diuitum patrimonia fufcinere? Et alibi inquit: Illi qui fic a carnibus temperant, ut alias efcas difficutius præparant, & matris præti inquitant, multum errant. Hoc enim non efl fufcipere abftinentiam, fed mutare luxuriam. D. Hieronymus epiftoia 2. ad Furiam hæc feribit: In ipsis diebus calida queque viuanda funt: & non folum de carnibus loquitur, fuper quibus Vas electionis præfert lententiam: Bonum eft non manducare carnem, & non bibere vinum: fed etiam in ipsis leguminibus inflantia queque, & gratia declinanda funt. . . . Inde efl quod nonnulli vitam pudicam appetentium in medio itinere corruunt; dum folam abftinentiam carnium fufficere putant, & leguminibus onerant ftomachum: que moderate, præceque fimpia innocia funt. Et ut quod lenio, loquitur, nihil fit inoffenfa corpora, & trillitas mentis gemitibus, ficut indignus cibus, nufquam conuulfus. Similia feribunt ceteri Patres, quos breuitatis gratia prætereo. His Patrum autoritatibus innixi aliter Theologi fuftinent, eufmodi Christianos non implere præceptum ieiunii. Maior in *W. diff. xv. quæft. 111.* Martinus Ayala Epifcopus Guadixenfis *Lib. III. de Tradit. Eccl. cap. de ieiun.* Covarruias *Lib. IV. var. cap. xx. num. 11.**

III. Communis Theologorum lententia defendit, præfatos Christianos præceptum quidem ieiunii obferuare; peccare tamen ad-

verfus temperantia leges. Ratio clara efl. Nam Ecclefia præferbit unicam comelfionem, & ciborum delectum; qualitate autem, & quantitatem epularum non definit, nec eam definit ob varias corporum conftitutiones potell, ut peroptime inquit D. Thomas 2. 2. quæft. cxlviij. artic. 6. ad I. *Quantitas cibi non potuit omnibus taxari propter dærofas corporum conplexiones. Qui ergo femel comedunt, præcepto ieiunij fatifaciunt. Quod confirmari potell compuni illa doctrina, qua Theologi aflerunt, polle impleri fubftantiam, ut aiunt, præcepti etiam ab eo qui in peccato mortali exiflat, feu per actionem quam malitia comitet. Nam fi quis ob vanam gloriam elemofynam pauperibus diftribuat, vel parentes honoret, præceptum de honorandis parentibus, & de elemofyna implet, quam vis meritum chriftianæ obferuantia non habeat.*

IV. Obiicies. Præcepta legis obferuanda funt, non fecundum verborum corticem, fed iuxta intentionem præcipientis; ut deducitur ex regula iuris lxxxvij. Qui autem ventrem immoderate epulis replent, & exquisitis oblectis gula morem gerunt, intentioni Ecclefie adferuantur. Infuper ieiunium efl actus virtutis abftinentia, & imperatur a temperantia: virtutis autem præceptum per vitium oppofitum impleri nequit. Refp. Duplex in legiflatore intentio diftingui folet: altera, quam vocant obiectivam, feu intrinfeccam; altera, quam appellant finalem, feu extrinfeccam. Prima efl fub præcepto, fecus fecunda: quia illa respicit id quod legiflator reipfa præcipit, hæc effectum, feu finem fpectat, quem legiflator vellet ex legis obferuantia provenire. Qui ergo femel comedit, & a cibis veteris abftinet, fatifacit primæ intentioni Ecclefie, & implet præceptum fecundum fubftantiam; non tamen fatifacit fecundæ intentioni, feu fini extrinfecco. Ad id quod addit, refpondetur, falum quidem efl, præceptum virtutis impleri poffe per eius oppofitum: neque tamen hoc contingit in comelfione, qua impletur præceptum ieiunij. Quandoquidem præceptum iftud præcipit unicam comelfionem, & abftinentiam a quibufdam cibis. Qui reipfa femel comedit, & abftinet a cibis prohibitis, actum bonum ex officio, ut Auguftinus ait, exercet; & per hunc actum bonum præceptum implet; quamvis fimul aduerfus alias leges peccet. Aliqua funt præcepta que impleri poffunt fecundum fubftantiam, & non fecundum modum, quia modus non efl intrinfeccus rei

præ-

præcepta: & huius generis efl præceptum ieiunij. Alia vero funt præcepta que impleri nequeunt fecundum fubftantiam, nifi impletur & modus: quia modus efl intrinfeccus rei præceptæ: cuiufmodi efl præceptum de recitandis horis canonicis, cuius modus efl, ut attente & devote recitentur.

V. Quæft. III. *Anqui pluries in die ieiunii comedit feruato ciborum delectu, pluries etiam peccet?* Refp. Communior lententia efl, hunc femel peccare, in fecunda nempe comelfione, locus in religiofis refectioibus. Quoniam ieiunium in fecunda refectioe tam fractum efl. Nequit ergo infringi in tertia, & quarta. Hac per le manifefta funt. Præceptum liquidem ieiunij unicam præferbit comelfionem. Ergo femel violatum præceptum iftud per fecundam comelfionem, obferuari amplius nequit. Quænamodum, fi præceptum prohiberet fractionem valis, fracto vale, præceptum non poffet amplius impleri. Hanc opinionem defendunt Durandus in *W. diffinit. xv. quæ. xi. num. 9.* Caietanus 2. 2. quæ. cxlvij. artic. 8. Navarrus cap. xxi. num. 15. Ledefma II. Part. tract. xxvi. cap. 11. Azorius *Lib. VII. cap. 18.* Suarez Tom. II. de Rehg. *Lib. IV. cap. vii. num. 12.* Leflius *Lib. IV. cap. 11. dub. 3. num. 15.* Bonacina *diff. ultim. de præcept. Ecclie. quæft. 1. punct. 3. num. 7.* Trullenchus in *Decalog. Lib. III. cap. 11. dub. 3. num. 3.* Leander tract. v. *diffinit. 18. quæft. 11.* Salmatucenfes tractat. xiii. cap. 11. punct. 3. §. 1. num. 47. Cozza Tom. de ieiun. III. Part. art. 1. dub. 11. num. 143. Sporer in *append. ad 3. præcept. Decal. veli. 3. num. 38.*

VI. Contrariam lententiam pauciores quidem, fed graves tamen Auctores defendunt. Maior in *W. diff. xv. quæft. vi. Medina code. de ieiun. quæft. v. Covarruias Lib. IV. cap. 19.* Ioannes de Napoli apud eundem, Montecinos 2. 2. quæft. lxxxv. art. 2. *diff. v. quæft. 19. num. 47.* Silvius 2. 2. quæft. cxlvij. artic. 6. quæft. 3. Molanus in *Iura Theologia præti. tractat. 111. de viciis. cap. xi. concl. 5.* Wiganth tract. v. epam. 11. num. 101. refp. 3. Henricus a Sancto Ignatio Tom. II. *Lib. XI. cap. 11. num. 31.* & apud ipfum Wiggers. La-Croix *Lib. III. part. 11. num. 1265.* valde probabilium eam indicat. Antequam, quid in hac controversia ipfe probabilis lententiam, libere profert, que mihi certa videntur, exhibeo. Igitur reiticio, tanquam opinionem nimis laxam, illam quam referant, & fequuntur

Salmatucenfes *loc. cit. num. 49.* nempe, nullum peccatum committi, nec veniale, in tertia, & quarta comelfione. Enimvero manifeftum efl in his repetitis comelfionibus novam aliquam malitiam perpetrari, tum ob contumaciorem legis contemptum, tum ob effrenem indulgentia legis licentiam. Quare Leflius, licet primam opinionem propugnaret, adfirmat tamen, in tertia comelfione peccatum veniale committi. His præmiſſis, refiat ut fuper præcipuo controverfie puncto iudicium feram.

VII. Porro, expellis utriufque lententia momentis, prima mihi minus probatur: tum quia rationibus que fubtiliter aride Metaphyſice fapiunt, innixa efl: tum quia nimis naturali æquitate adferatur. Quare fecundam amplector, tanquam probabilio-rem, & in praxi, ut ego arbitror, unice tutam. Quandoquidem præceptum ieiunij partim efl affirmativum, partim negativum; quin plus habet negationis quam affirmationis. Nam negativum efl, quia prohibet elum carnium. Negativum efl, quia prohibet plures comelfiones. Et, quoniam hoc adferlati negant, fic ftatim probatur. Unica comelfio directe a lege non præcipitur, ita ut ex neccitate debeamus iemel in die comedere, fed directe prohibentur plures comelfiones; & indirec- ta comelfio non tam præcipitur, quam permittitur: hoc nimirum in fenfu: id vis comedere, non potes, niſi femel, ceteram potes unum vel duos dies transigere abſque omni cibo. Prohibet ergo Ecclefia directe plures refectioes; unamque indirec- ta præcipit. Et ne rem certam verborum varietate dubiam faciamus, admitto, directe præcipere Ecclefiam unicam comelfionem. Ergo legitime inferitur, plures ipfam vetare. Qui enim unum determinatum præcipit, fane plura prohibet. Prohibit, inquit, fecundam comelfionem, fecus tertiam. Verum hæc efl iuxta Logicos petitio principij. Cor, quæſo, fecundam prohibet, minime vero tertiam? Affigna illius limitationis caufam, Poffe, & potiffime licentiam feræ præcipere, ultro fateor. Sed fic reipfa præcepit, nego: & negationis fundamentum affigno. Omnia præcepta negativa æque per fecundam, ac per tertiam actionem contrariam violantur. Ergo & præceptum ieiunij, quia parte negativum efl. Concedunt enim etiam adferlati, indirec- te faltem eſſe negativum, feu afſentitur hoc præceptum partim eſſe negativum, partim affirmativum. Fatentur denique pro-



hibere plures refectiones: sed reponunt fieri non posse ut præceptum, semel per secundam comestionem violatum, deinceps observetur, eo quod destructa sit eius essentia: quod autem non est, observari nequit. Hinc infra palam fiet esse merum lapsus. Interim inquiri: cur toties non agis contra præceptum negativum ieiunii, quoties comedis post secundam comestionem; quemadmodum toties agis contra præceptum negativum comedendi carnes, quoties carnes manducas? Cur asseris, prohibitionem istius præcepti ieiunii esse limitatam ad secundam comestionem? Oppositum videmus in omnibus aliis negativis præceptis. Quia Ecclesia prohibet die ieiunii comestionem carni, toties peccatur, quoties comeditur. Quia prohibet plures Missas celebrari, unamque singulis sacerdotibus permittit; toties peccatur, quoties Missæ post primam celebrantur.

VIII. Respondent, quæ a præcepto ieiunii prohibentur, non esse suapte natura mala: non ergo singule refectiones prohibentur: sed ea duntaxat quæ ieiunium violant, nullo secunda, prohibita dicenda erit. Hæc responsio inanitas est. Quandoquidem Ecclesia prohibet ingredi Sanctimonialium monasteria, prohibet non ieiunios ad Eucharistiam sumendam accedere, prohibet carniolum, aliq̄e multa verat, quæ suapte natura mala minime sunt; & tamen certum est toties aliquem peccare, quoties carnes manducat, quoties non ieiunios Eucharistiam sumit, quoties septa ingreditur Sanctimonialium; & idem de omnibus præceptis negativis dicendum. Nec disparitas quam assignant, alicuius momenti est; videlicet quod alia præcepta adducta adhuc post primam transgressionem servari possunt; licet præceptum ieiunii, cuius essentia per unicam secundam comestionem destruitur. Non inquam, quidpiam vult hæc responsio. Quoniam nec qui carnes semel comedit ieiunii die, potest amplius omnino, & perfecte præceptum prohibens carniolum comestionem observare; sed tantum imperfecte. Ergo quemadmodum post primam carniolum manducationem ad observandum imperfectam præcepti obstringitur ille qui carnes comedit; sic quis bis comedit, ad ieiunii præceptum eo modo quo potest observandum obligatur.

IX. Ex his quæ dicta sunt, responsio patet ad contrariæ sententiæ rationes, quæ metaphysicæ sunt, non morales. Verum siquidem in physicis est, quod, ablata forma essentiali, compositum destruitur, sed

illud in moralibus non contingit. Quoniam ieiunii essentia non est individua, ut sunt essentia metaphysicæ; sed dividua est, plures habens partes, quarum aliquæ consistunt, destructis aliis. Itaque post secundam comestionem non potest amplius perfecte, & secundam omnes partes ieiunii præceptum observari. At cur observari nequit imperfecte? In quo essentia, non metaphysica, sed moralis ieiunii sita est? In corporis afflictione, in concupiscentiæ, aliorumque appetituum reformatione. Ad hoc effectus producendus unica comestio præscripta est, & plures prohibentur. Quæro, num post secundam comestionem corpus capax sit afflictionis? Nonne per abstinentiam a tertia refectione caro comprimitur, & concupiscentia cohiberi potest? Nemo id negaverit. Potest ergo aliquo modo impleri præceptum. Cur ergo implendum denegas? Quod, ablata ieiunii forma, per secundam comestionem destructa est ieiunii essentia? Sed ille triplex & nugæ sunt metaphysicæ, quæ perperam rebus moralibus applicatur. Hinc responsio patet ad paritatem ex fractione valis positam. Si enim vas ita infringatur, ut post fractionem adhucustum sit ad communis usus; peccatum novum esset, si per repetitas percussiones denovo comminueretur. Ieiunium, ut demonstratum est, post secundam refectionem adhuc utiliter observari potest, quia plures habet partes. Quare, si paritas fieret valis, quod unica fractione omnino inutile redditur, esset prorsus inepta ob evidentem disparitatem iam assignatam: videlicet quia ieiunium plura præscribit; & idcirco, quamvis frangatur secundam aliquas partes, potest secundam alias observari. Qui non potest abstinere a carnis, poterit fortasse servare unicam comestionem. Qui secundam refectionem sumpsit, potest omittere tertiam. Qui ante meridiem comedit, tenetur reliqua a præcepto imperata servare. Qui in alieno territorio, ubi non viget præceptum ieiunandi, prandium sumpsit, in propriam reveris civitatem, in qua præceptum est ieiunandi, nec carnes comedere, nec carnare potest. Ne nulla ieiunium plura complectitur. Qui omnia servare officium divinum, tenetur recitare partes eiusdem. Neque ex eo quod secundam partem principalem violatum sit ieiunium, licitum est reliquis eius partes infringere. Alioquin qui lacerasset vestem, posset etiam illius partes omnes comminueri;

& qui

& qui alienius domus præcipuam partem demolivisset, posset omnia reliqua cubicula diruere. Ex quibus omnibus evidenter constat, rationem potissimum cui contraria sententia innititur, esse merum paralogismum; & praxim fidelium, quam obiciunt, esse ab usum, qui illorum culpabilem ignorantiam conquiretur. Denique concludo, Christianum qui semel violavit ieiunium, debere a tertia, & quarta refectione abstinere: quia certum est iuxta communissimam Theologorum sententiam, si novum, gravius saltem peccatum eum committere; ut præ ceteris testatur sanctus Antonius II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 9. Item debet ieiuniorum pro qualibet vice, qui comedit ultra unam vicem, peccat mortaliter secundum Ioannem de Neapoli in quolibeto: quia reducit istud præceptum ad negativum. Sed Durandus dicit in V. hoc esse tantum unum peccatum mortale, quia est fractio unius præcepti pro una die, sed tanto gravius, quanto pluribus vicibus comedit illa die. Et istud communis tenetur. Et hoc, nisi novo contemptu pluries comederit: quia tunc verum esset dictum Ioannis.

X. Quæst. III. An quis inadvertenter ieiunium frangat, tenetur illa die, cum advertit, ieiunium servare? Resp. Quid dicendum sit, patet ex dictis in superiori questione. Nam omnes illi quos allegavimus, ad consequenter loquantur, insinuant hanc non teneri ob eandem rationem quam supra explicavimus; nimirum quod destructa ieiunii forma, quæ est unica comestio, non potest amplius ieiunium servari. At nos rationis huius manifestam falsitatem satis superque ostendimus. Nunc tantum addo, adversarios, ut defendant comedentem carnes non teneri ad ieiunium, docere, abstinentiam a carnis esse ieiunii essentiam, cui accedit unica comestio: nunc autem, ut propugnent non teneri eum quibus comedit, ad ieiunandum, docere, in unica comestione sitam esse ieiunii essentiam; quæ sublata, possibilibus non est observantia ieiunii. Pro commodo enim ieiunantium variant ieiunii definitionem. Sed hæc omnia iam prolapsa sunt. Idcirco paucis dicimus, eum qui ex ignorancia ieiunium fregit, cum primum animadvertit ieiunii legem vigere, ad illius observantiam teneri ob evidentes rationes quas in superiori questione dedimus. Si enim qui scienter violavit ieiunium, tenetur eo quo potest modo, illud secundam alias partes observare; potiori iure ad id obligatur qui ex inadvertentia illud transgressus est.

XI. Quæst. IV. An interruptio unica come-

stionis ieiunium frangat? Quidam dicendum de familie mensa inferentibus, lectioribus, & iis qui pyra, poma, & vicis comedunt ad sedendam sitim? Respond. Qui surgit e mensa animo redeundi, & refectionem continuandi; ieiunium non frangit, si peracto negotio, refectionem resumat: quia moraliter unica refectione reputatur. Quodnam ieiunium interfecto debeat inter has duas comestiones partes, non una est sententia. Sanchez in select. disput. 111. num. 4. duas horas admittit. Sed hoc spatium, tamquam nihil longum communiter reprobat. Dimittit horæ intervallum assignant congruentius, & communis alii. Ut mihi videtur, id arbitrio prandium relinquendum est. Nam maior, vel minor necessitas tractandi aliquid non levis momenti negotium, sicut potest ieiunio exulare, sic longiore, vel brevior comestionis interruptionem permittere valet. Qui vero surgit e mensa animo non resumendi refectionem, ieiunium frangit, si, peracto negotio iterum comedat: quia non amplius tenetur unica comestio. Qui credit prandium finitum, involvit mappulam, & alio novo serculo producto comedit, non violat ieiunium: quia ad veram unicam comestionis interruptionem requiritur physica cessatio a prandio, seu exera; nec sufficit sola intentio. Qui tandem e mensa surgit ob imminens aliquid negotium, nulla intentione premissa de resumenda, & continuanda, expedito negotio, refectione, eo quod ad id non advertit animum, si multum temporis non interfuserit, videtur posse resumere refectionem; secus qui deliberato animo non resumendi refectionem e mensa abscedit: quoniam tunc & physica interruptio, & intentio concurrunt simul. Hæc omnia tamen iudicio prudentis viri relinquenda sunt: quia varia circūstantia occurrere possunt, ut varias exigant resolutiones. Qui mensis intersunt, live sint Religiosi, live famuli, ratione istius servituti nequeunt quidquam cibi ante prandium capere; quicquid in oppositum alii afferant: quoniam eiusmodi officium non videtur suapte natura sufficiens ratio interruptendi refectionem. Si vero aliquid peculiari stomachi debilitate laborarent, atque notabile detrimentum ex prandii dilatione subirent; tunc aliquid cibi lumere possent, vel prandium anticipare. Qui poma, pyra, uvas, simileque fructus, etiam ad extinguendam sitim, comedunt, ieiunium frangunt: quia eiusmodi fructus sunt verus cibus, & ad nutriendum sunt ordinati; quicquid in contrarium afferat Pasqualigus de-  
cis.



dis. cxxxvi. Sola materia parvitas excusare potest, vel manifesta necessitas, quæ legem non habet. Hæc est communior Theologorum sententia, quam docet S. Antoninus II. Par. tit. vi. cap. II. §. 9. *Siua comestio frangit ieiunium, eorum scilicet quæ committunt solum sumi in cibum; ubertiam fructus, cerealia, pira, & nucis computantur; quia in loco refectionis assumuntur, ut in prandio, & in cena: & herbe etiam, quæ sancti Patres herbis vescebantur. Coqus tamen preguilare licite valet cibos, dummodo id non fiat in fraudem ieiunii.*

## CAPUT XIII.

*Resolvuntur tres alie questionna super iis quæ nota comestioni adversantur.*

**I.** Quæst. I. *An qui in die ieiunii quidquam medicum cibi sapius comedit, si notabilem quantitatem tandem comederit, ieiunium frangat?* Resp. Communis Doctorum sententia docet, hunc peccare mortaliter contra præceptum de observando ieiunio. Et ita declaravit Alexander VII. qui hæc propositionem damnavit. *In die ieiunii qui sapius medicum quid comedit, est notabilem quantitatem in fine comedit, non frangit ieiunium.* Ratio evidens est: quia æque opponitur legi materia notabilis prohibita, sive simul, sive divisim ponatur.

**II.** Quæst. II. *An invitatus ab amico in die ieiunii, ut potum, vel aliquid cibi capiat, possit, ne turbatus existatur, illud sumere?* Resp. Auctores non satis clare respondent huic quæstio. Nam alii, nulla facta distinctione, aiunt, hunc peccare mortaliter; alii venialiter; & alii nullo modo peccare respondent. Dico primum. Qui invitatus ab amico comedit ne inurbanus appareat; dubio procul agit contra præceptum ieiunii, quod unicam permittit comestione, a quo præcepto officium urbanitatis, & amicitia non excusat. Lex enim amicitia subiecta est debet legi Dei, & Ecclesiæ: nec urbanitas erga amicum iniuriam præcepto ecclesiastico inferre debet. Hinc proverbii loco dici solet: *Amicus usque ad aras.* Dico secundum. Si invitatus comedat quantitatem notabilem, peccat mortaliter: si quid modicum manducet, peccat venialiter. Hæc comperta suapte natura sunt.

**III.** Quæst. III. *An sine fractione ieiunii aliquid cibi sumere liceat, uties quoties libuerit, ne potus noceat?* Resp. Diana coordinata Tom. II. resol. 98. affirmativam opinio-

nem defendit. *Et hoc est, inquit, intelligendum toties quoties libuerit; dummodo id non fiat in fraudem ieiunii, sed ne potus noceat.* Huc sententia accedunt plures alii. *Caramuela Theol. Reg. num. 916. Leander tract. v. disp. v. quæst. x. Viguerius de Institut. Theol. cap. vii. de temp. §. 3. Cardinalis Cozza Tom. de ieiun. part. III. artic. I. dub. 3. ubi auctoritatem asserit D. Thomæ delumptam ex II. Sent. disp. xv. artic. 4. in confirmationem suæ sententiæ: cum tamen ne verbum quidem proferat Angelicum quod favere possit præfate opinioni, quæ sane nimis laxa nobis videtur. Quare contrarium sententiam, tamquam unice veram, Iustino, quam defendunt Caietanus 2. 2. quæst. cxlviii. artic. 6. Salmanticenses tract. xxiii. cap. II. punct. §. 2. num. 68. & laudant Sanchez, Abulenium, Villalobos, Bonacinam, Layman. Claritatis tamen gratia distinctio præmittenda est. Si quis, non auctus vino potando, ardenti sibi exaltans, quid parum cibi caperet pro una vice ad evitandum potus nocentum, forte excusari possit. Ceterum quod hoc licitum sit toties quoties cuique libuerit, nos, tamquam evidenter falsum, reprobamus. Et, antequam sententiam nostram suadeamus, lobet indicare cibiquantitatem, quam cum potu sumendam permittunt adversarii. Diana docet, posse sumi quicquæ vel sex amygdalas saccharo conditas, vel quid simile. Leander concedit quantitatem cibi infra dimidiam unciam, sive cibis ille panis lit, sive fructus, aut quid humiliorum. Patqualis permittit aliquid infra unciam, dummodo non sit chocolates, cuius dimidia uncia vel semel sumpta ieiunium per ipsum frangat. Quamvis hærum opinionum scilicet, si sæpius notaverit, quantitatem cibi notabilem, & gravem tandem te simpliciter computantur est. Porro, ut videmus, Alexander VII. damnavit propositionem quæ assereret, posse quemquam sæpius quid comedere, etsi notabilem quantitatem in fine comedit. Porro qui sæpius bibit, & toties comedit, vel sex amygdalas saccharo conditas, vel infra unciam, aut dimidiam unciam, frequenter quid modicum comedit, & in fine potationum, & comestionum notabilem quantitatem evincitur comedit. Ergo iuxta doctrinam Ecclesiæ ieiunium frangit. Et sane inter propositionem damnatam & istam aliud discrimen ego non video, nisi quod propositio damnata admittit plures parvas comestiones; opinio vero quam impugno, ultra simul admittit pluras potationes. Igitur, si vera esset*

huc

hæc sententia, insignes potatores feliciores ceteris forent. Quoniam ipsi possent toties quoties bibunt, quidquam cibi capere; & cum frequenter bibant, frequenter etiam refici possunt. Quæ omnia & intentioni Ecclesiæ, & ipsi naturali rationi contraria sunt. Nec alicuius momenti est limitatio adiecta, quod scilicet iuxta comestiones non fiat in fraudem ieiunii. Nam hic est mens verborum solus. Siquidem, ut sæpius ex D. Thomæ notavimus, intentio ieiunantis naturam ieiunii non variat. Quoties cibis in notabili quantitate sumitur, trans ieiunio fit, quæcumque sit intentio ieiunantis. Concedit D. Thomæ, etiam, si quantitas sumat per modum medicinæ, nisi forte aliquis in fraudem electuaria in magna quantitate sumat per modum cibi: 2. 2. quæst. cxlviii. art. 6. ad 3. Ex quantitate Angelicus arguit fraudem. Quoties ergo in repetitis potationibus sumitur, licet divisim, quantitas notabilis cibi, toties iniuria ieiunio irrogatur.

**IV.** Obiicit, Ecclesia cuique permittit in ieiunio bibere, quoties ipsi libet. Ergo permittit etiam omne id quod necessarium est, ne potus noceat. Porro cibi aliquid sumere necessarium est, ne potus noceat. Licetum ergo erit cuique toties cibum sumere quoties bibit; dummodo id non fiat in fraudem ieiunii. Resp. Concedo (quamvis non pauci, & graves Auctores hoc negent) Ecclesiam permittere extra refectionem plures vini potus ad extinguendam sitim; inferior tamen ipsam permittere plures comestiones; sed unicam tantum concedere aio. Qui autem sæpius parum cibi capit, non semel, sed pluries comedit. Igitur adversus legem ieiunii peccat.

## CAPUT XIV.

*De collatione ferotina: de illius quantitate, & qualitate: nonnullæ alie questionna super hæc materia resolvuntur.*

**I.** Capite septimo originem, & progressum refectionis ferotinae explicimus; illamque non adversari integritati ieiunii demonstratum est. Dictum fuit ibi, originem hæc collationem duxisse a Monachis, qui in ieiuniis, a sua tantum regula indichis, ante, vel post colloquia sua spiritalia, quæ collationes dicebantur, aquam bibebant. Hæc bibendi facultas etiam ad ieiunia quadragesimalia extensa fuit, cum Religiosi ob laberis detagigationem potu indigebant. Usquequid ieiunium solvi consuevit vel

vespere, vel hora nona, seu tertia postmeridiana, collatio ferotina nihil præter potum aquæ, vel vini admittit. Aliquando etiam electuaria, ut tempore divi Thomæ Aquinatis, sumebantur per modum medicinæ. Retroacta æcena, seu prandio ad horam sextam, iam tum collatio aliquid cibi admittere cepit. De hæc itaque ferotina collatione sequentes quarticula resolvuntur.

**II.** Quæst. I. *Quantum cibi sumi possit in collatione ferotina?* Resp. Antequam quid iuste sentiam prolo, brevissimè ob oculos ponam initium, & progressum quantitatis cibi qui sumi consuevit in hac collatione. Ut dixi, sub initium, & usque ad quartum decimum sæculum, sæculum collatio nihil præter potum admittit. Sæculo decimo quarto labente, & quintodecimo ineunte, præter potum, fructus, & herbas sumere in ferotina refectione Christiani ceperunt. Tempore sancti Antonii licitum solummodo erat sumere vel herbas, vel fructus, vel electuaria, ne potus noceret. Uius sumendi panem nondum erit inventus. En verba sancti Archiepiscopi II. Part. tit. vii. cap. II. §. 9. *Cum communis usus Christianorum sit facere collationem de sero, aliquid parum sumere cum potu, sine alia consideratione, quamvis non intendant sumere per modum medicinæ, ne scilicet vomas noceat, sed iuxta antiquam consuetudinem, quæ ea ratione videtur introduci; pie est interpretandum factum eorum, & excusandum: & hoc, nisi sumerent in quantitate notabili, vel de pluribus generibus fructuum, vel fructus ad nutriendum. Et quia panis est principalis cibum ordinatus ad nutriendum; minus congruum videtur panem sumere. Sumere autem buccellam panis frangit ieiunium. Neque hoc tempore consuetudo obtinebat sumendi collationem ad nutriendum. Quoniam D. Antonius ait excusandum esse, & pie interpretandum factum illorum qui non intendebant sumere collationem per modum medicinæ. Sola buccella panis ieiunium frangebatur. Similia habet Sylvester, qui habente sæculo quinto decimo, & sexto decimo ineunte forbat, verb. Ieiun. num. 10. *De collatione ferotina generaliter sciendum est, quod quedam sunt quæ nec sumuntur, nec sunt ordinata principaliter ad nutriendum, licet naturam aliterque; ut potus etiam vini, & electuaria, & alie medicinæ. Quedam vero sunt ordinata principaliter ad nutriendum, quæ in cibum sumi consueverunt; ut panis, & secundum Petrum de Palude fructus, & herbe, & principaliter panis. De primis ergo, & de secundis,**

exce.



excepto pane, non est dubium quod licite de fera sumatur causa medicina, id est ne noccat potus; licet non per modum cibi. Sed, si non sumatur per modum medicinae, secundum Archidiaconum, pie interpretandum est ratione consuetudinis, quae ea de causa videtur introducta; quod etiam sentit Pavoritanus... Unde, quia circa hoc legem aliam præter consuetudinem non habemus, dico, quod, ubi est consuetudo, licite sumitur panis, si alio non habetur, vel, si habetur, illud stomacho nocet, vel non reparat sufficienter contra potum. Immo etiam licet, ubi est consuetudo non sumendo panem, quia in foro conscientie consuetudo non obligat, nisi inquantum legislator intendit, ut patet ex dictis supra. Consuetudo §. 13. qui non intendit ut sine pane bibas, quando sine pane potus, quo indiges, obest; ut quia fructus non habes, vel, si habes, non habes stomachum fructibus opportunum. Similia scribit Caietanus 2. 2. quaest. cxviii. artic. 2. Licet priscis temporibus non fuerit forte licitum sumere fructus, herbas, aut buccellam panis, ne potus laeret stomachum... hodie tamen omnia licita sunt per modum medicinae in vesperino potu, fraude cessante... Defendam tamen esse consuetudinem loci, scilicet, ubi non consuevit sumi panis, non sumatur sine rationabili causa, puta quia fructus nocerent, aut non haberentur, aut non possent contineri dentibus. Temporis tamen tandem obtinuit consuetudo sumendi panem. Nam, ut supra dictum est, D. Carolus Borromaeus concessit pro hac ferotina refectiuncula unciam & dimidiam panis, ac vini poculum.

III. Quantitatem panis, quam pro ferotina cenula definit S. Carolus labente saeculo sextodecimo, ineunte saeculo decimo primo, augere coeperunt christianae Ethicae tractatores. Iam enim hoc tempore collatio fimebatur, non solum per modum medicinae, sed absolute per modum cibi, ut testatur Azorius Tom. I. Lib. VII. cap. VIII. quaest. iv. ubi inquit: Factor quidem illam primo coepisse causa somni accipiendi, & idcirco etiam indigente. More tamen, & consuetudine introductum est, ut ea absolute, & simpliciter utamur. Idipsum confirmat Item Lib. IV. cap. 11. dub. 2. num. 11. Item sumentes collatiunculam vesperinam, etiam si dicitur non solum ne potus noceret, ut olim; sed etiam alendi causa, & absolute potus: quia consuetudo permittit. Hoc gradum quoque, videlicet de collatione per modum medicinae, ad collationem per modum cibi, consensum quantitas cibi aucta fuit. Sub initium bolus pa-

nis; deinde uncia cum dimidia, ut ex divo Carolo retulimus; tandem, saeculo decimo septimo ineunte, in controversiam penes Theologos hac quantitas venit; & ex eorum contentionebus augumentum reportavit. Graffius I. Part. decis. Lib. II. cap. xxxvii. num. 29. cum aliis tres uncias cibi permittit, & nil amplius. Azorius Lib. VII. cap. VIII. quaest. VIII. permittit tres, vel quatuor uncias panis. Lezana cum aliis in Summ. 99. Reg. verb. Ientium quatuor uncias cibi concedit. Mosefius in Summ. tract. x. cap. 111. cum aliis quantitatem cibi ferotini extendit ad sex uncias. Leander tract. v. disp. iv. qu. XIII. Caltopalaus Tom. II. tract. I. disp. 111. §. 2. n. 7. Diana tract. vi. resol. 116. amplificant ad octo uncias. Addit Leander quaest. xiv. cum qui definitum octo unciarum quantitatem per unam, vel alteram unciam excederet, non fractum ieiunium. Insuper iuxta ipsum Leandrum quique potest has decem panis uncias aquae immiscere, & consicere per coctionem papparum: quod sane erit circiter viginti & amplius unciarum, sufficiens ad oppellendum quemlibet mediocre ventriculum, prandio anteedente praecipuum. Reginaldus Tom. I. Lib. IV. cap. xiv. dub. 10. num. 185. Filliucius Tom. II. tract. xxxvii. part. II. cap. 111. quaest. VII. n. 33. cum aliis assignant quartam partem ordinariae cenae, quam ieiunantes sumere solent tempore quo non ieiunant. Alii prudentium iudicio totum relinquunt. P. Magister Milante in exercit. xxiii. in proposito. Alexandri VII. de collatione ferotina hac scribit: Ut coenula ista innocua sit, debet esse modica, ita nimirum ut octo unciarum pondus ordinario haud excedat quantitas illa quae pro refectiuncula sumitur, ita quidem universim viri quae pietatis, quae doctrinae polentes docent, & ad praxim reducent. Dixi ordinariae, quia iuxta ea causa poterit esse maioris ponderis, quando videlicet aliquis majori eget nutrimento. Haec domesticus Scriptoris opinio laxissima est, & improbanda.

IV. Panis perfrinxi quae tum antiqui, tum recentes Auctores hac de re scriperunt. Quod porro mihi dicendum est in tanta opinionum varietate, ubi principia certa desiderantur, & ubi quique pro arbitrio mensuras augeat, minuitque? Ut consilio tolleretur, & aliquam regulam quae tum a laxitate, tum a severitate, quoad ferri potest, declinet, assignemus, ea primum omnium indicabimus quae vel ab ipsius benignioribus Casuistis respuuntur: Diana, Salmanticaenses, & alii in magno numero impro-

bant

bant, tanquam laxam & improbabilem, opinionem quae pro collatione ferotina quartam cenae partem assignat. Nec aliquid probabiliter eidem conciliat lepida & fallax responsio P. Patrillii Sporer, qui in append. ad §. praecip. Decal. sect. 2. num. 26. hac reponit in defensionem laxae opinionis, quam sibi adoptat. Mistant illi Germanis tempore ieiunii suum calidum catum, cibum, & vina pinguis, fructus, & confecta &c. & ieiunium cum ipsis. Communior opinio inter recentes Casuistas illa est quae octo uncias panis, seu cibi permittit. Et hac est etiam post illam quae permittit quartam cenae partem, omnibus laxior. Secundo animadverto, consuetudinem legitime introductam posse variare ieiunii formam. Tertio admitto, consuetudinem invecetam esse sumendi collationem ferotinam. Concedam, hanc collationem, nedum tolerari, sed & approbatam esse. Tandem consensio, consuetudinem introductam esse, ut in hac collatione aliquid cibi, præter porum, nempe panis, & fructuum, seu herbarum, sumatur. Verum nulla consuetudine approbata est quantitas illa octo unciarum, quam pro arbitrio assignant plures recentes Theologi. Quin eam quantitatem vere Ecclesiae consuetudini adversari facile colligitur. Quandoquidem sancti Episcopi, ut Antoninus, Caietanus, Carolus Borromaeus, alique, qui praefate collationis origini, & introductioni propinquoere fuerunt, oppositum aperissime docent; & duas uncias panis non permittunt. Theologi, qui his Sanctis hinc suppetes, vel viciniores fuerunt, tres, vel ad summum quatuor uncias panis concedunt.

V. Ut itaque, sicut praemis, media ego via incedam, opiniones, quae sive quartam cenae partem, sive octo uncias permittunt, reicio, tanquam laxas, & ut ego arbitror, a vera consuetudine Ecclesiae exorbitantes. Paululum quoque, quin plujquam paululum, ab antiqua recedo severitate; & sanctis viris mediae, ut ita dicam, istius consuetudinis aetatis, gravioribusque Theologis accedere volo. Duas uncias panis, & unam unciam aut amygdalarum, aut ficum, aut nucum, detractis corticibus, permittentem in collatione ferotina. Haec sententia minus recedit a Sanctorum doctrina, & praxi simul etiam humanitati indulget; sed indulgentia iam moderata est, ut a laxitate recedat. Non negaverim tamen, iuxta varias corporum constitutiones posse aliquantulum praefatam regulam relaxari. Quomobrem diu in ea sui opinione, nihil

videlicet statuendum esse super istius collationis quantitate. Sed experientia didicimus, nimirum periculo laxitatis, & etiam serupulorum obnoxiam esse sententiam illam quae nihil statuens, omnia aitorum iudicio reseruit. Ex ea quoque magna confusio in ieiunio observantia legitur. Nam Christiani, vel quia audiunt, vel quia legunt Casuistas, alios permittentes octo quantitates uncias, alios concedentes quartam folite cenae partem, & quique ferunt eorum Theologos factus, peculiarem istius collatiunculae mensuram sibi praefixit; atque eo deventurum, ut asserant satis esse ad ieiunium, si a cenula ferotina cum fame affurgant. His omnibus serio reputatis, congruum existimavi regulam assignare, quae & consuetudinis non adeo veritate, & Sanctorum praxi imaginem quamdam referat, & laxitatis aditum praeccludat. Praefata regula communiter inveniuntur omnibus potest; licet aliqui ratione peculiaris constitutionis, possint aliquantulum ab ea recedere; sed, ne multum aberrent, ad eam respicere debent. Et quamvis plures Casuistae nimis rigidam eam appellent, non ob id minus vera est; immo character ferre veritatis eius ob temporum calamitatem est, quod panem illam amplectantur, plerique laxas opiniones suscipiuntibus. Quapropter iure asserere potest Diana coordinatus Tom. IV. tract. vi. decis. 116. Cum quantitatem unciarum dictam dicta collatione licitum esse statutum sit; in hoc puncto non multo habebimus adversarios: quia talem quantitatem ab omnibus cum acclamatione, & brachiis expansis sustinendam esse video. Dicit, quæso, Diana, qui sint isti omnes qui cum acclamatione, brachiisque expansis hanc suam fulsunt opinionem? Nam omnes tum Patres, tum Theologi, quin ex Scriptorum relatione omnes Christiani qui vixerant usque ad saeculum decimumseptimum, hanc opinionem verbi & opere improbarunt. Qui sunt ergo isti omnes? Num graviores Theologi, & sanctiores viri? Minime gentium. Et tamen idem Diana in laudata declatione inquit, consuetudinem illam quae viget apud parum immoratos, non esse regulam ieiunii, sed illam quae viget apud viros bonos, & conscientiae immoratos. Consuetudo ergo Ecclesiae fere ferotinae collationi. Consuetudo Ecclesiae certissime faveat parve quantitati cibi sumendi. Soli recentes Casuistae propugnant, ut licitam, magnam octo unciarum quantitatem. Hanc opinionem brachiis expansis, & ore

aper-



aperto, & palato acclamante, suscipiunt Christiani minus pii, & indocti. Ceterum & omnes, non solum antiqui, ac Theologi, insuper & viventes tum pii Christiani, tum docti Theologi præfatam opinionem improbant, & sententiam quam nos docemus, confirmant. Neque ob id rigidè vel severè haberi volumus. Quia in omnibus his quæ positivè iuris sunt, in benigniorè partem propendimus; semper tamen a laxitate declinare studemus. Sed de hoc iterum infra ferè reurret.

VI. Quæst. II. An præfata cibi quantitas collationis serotina augeri licite possit in pervigiis Nativitatis, & Resurrectionis dominicæ? Resp. Communis opinio ieiuniorum allegat consuetudinem obtinere sumendi in pervigilio Nativitatis Domini collationem quantitatis duplo maioris quam alii diebus. Ubi hæc consuetudo viget, dubio procul licita erit eiusmodi maior quantitas. Sed difficultas est, num reverè hæc consuetudo vigeat: de qua re penes ipsos Auctores fides sit. Venetis, ubi ego scribo, consuetudo isthæc, quantum mihi fere licet, certe non obtinet. Sed ut ut sit, res tanti momenti non est, ut maiori egeat discussione. De eo acriter disputant, num licitec quando pervigilium Nativitatis incidit in diem sabbati, & festum Nativitatis in diem lune, liceat maiore uti collatione. Et in hoc secundo puncto non ita ac in primo conveniunt. At ego, sicuti primo, ita huc secundo respondo, standum esse consuetudini, quæ, ubi viget, licitam reddere potest in pervigiliis & Nativitatis, & Resurrectionis, Pentecostes, & Nativitatis S. Ioannis Baptiste maiorem collationem. Sed, ut dixi, me fugit hæc vigere consuetudinem in his nostris regionibus. Et certe in pervigilio S. Ioannis Baptiste, Paschatis, & Pentecostes non obtinet. Inquirunt etiam, num consuetudo isthæc faveat Regularibus. Sed ego non video cur suscipiari non debeat, ubi reverè viget, Regularibus, quemadmodum laicis; dummodo illorum Regula expresse id non prohibeat; sicut consuetudo comedendi, laetitia in Quadragesima in his regionibus ubi obtinet, tum laicis, tum Religiosis faverit, si ea uti velint. Alii ubi ubi viget differendi in præfatis pervigiis cenam ad vesperum, & sumendi quantæ collationem: quo in casu communis negant, licitum esse excedere consuetam quantitatem dictæ refectiunculæ, quam sero sumptam abundantiorè esse permittit ob laborem nocturnum.

narum vigiliarum: & hæc ratio evanescit, cum mane, commutato prandio in cenam, collatio sumitur. Denique inquirunt, an possit uti privilegio istius consuetudinis, qui maiorem collationem ille qui vivisset ieiunare die veneris, vel altero die, si in hos dies pervigilium Nativitatis incideret? Admittant alii; & alii negant. Sed hæc nimis levia mihi videntur. Quare breviter dico: qui vovit ieiunium, vel qui pro lucrando iubilato ieiunant, non possunt uti dicta maiore collatione: quia illa maiore collatio, non cenala, sed coena est, nec vero ieiunio conveniens. Quapropter ubi viget hæc consuetudo, illo die reverè fideles non ieiunant, quia utuntur privilegio consuetudinis, quo ieiunio pro tali die derogavit. Voto autem obstricti, & lucrantes iubilant ad verum ieiunium tenentur: idcirco maiorem illam collationem sumere nequeunt. Ex quibus colliges, quam rectius scripserint laudari Auctores, si quæsierint, num consuetudo non ieiunandi in pervigilio Nativitatis Domini, aliarumque solemnitatũ aliqui invaluerit: quam consuetudinem forte nullibi repræsentent.

VII. Quæst. III. An, si quis excederet in quantitate præfata pro collatione serotina, frangeret ieiunium? Resp. Diana coordinatus *Tom. IV. tract. vi. resol. 123.* Leander *tract. v. disp. iv. quæst. xxv. docet*, excessum duarum unciarum supra octo uncias, quas pro collatione serotina assignant, non frangere ieiunium: quia, dicunt, excoelsum ille loco parvitas materia habendus est. Sed alii communiter asserunt, quod due uncia excedant limites parvitas materiae. Verum sicuti ego supra reprobovi quantitatem octo unciarum; ita nunc reitico hanc excessum: & id quod iam dixi, repeti, nempe non posse assignari quantitatem mathematicam istius collationis, sed solum regulam quamdam, quæ neque a veteri consuetudine nimium recedat, neque nimium in recentiorum temporum laxitate declinet: quam regulam supra definitivimus; ibique addidimus pro varia corporum constitutione posse paulullum quantitatem illam vel minui, vel augeri. Quoniamquidem ratio introducendi eiusmodi collationem fuit solam naturæ, ut nempe homines possent solumnam capere, atque corporalia munia obire. Quare ea cibi quantitate quæ satis sit ad exercendas, licet cum incommodo, & molestia, quæ a ieiunio inseparabilis esse debet, naturæ functiones; ea, inquam, quique contentus esse debet. Et licet sub

ini-

incipium quadragesimalis ieiunii ob stomachi vacuitatem difficile solumnam caperet, non propterea illico collationem augere fas esset; sed oporteret ut constaret difficultatem illam exercitio, & aliusactione devincere. Quod si post congruam experientiam victoriam non reportaretur, led corpus notabiliter debilitate langueret; natura succurrendum foret, & iuxta prudentis, & evangelicæ benignitatis leges quantitas cibi augenda.

VIII. Quæst. IV. An in collatione serotina non solum cibi quantitas, sed etiam qualitas attendenda sit? Resp. Bonacina *disp. ult. punct. 3. num. 3.* docet quantitatem, lecus qualitatem, attendendam esse. *Observa tamen, inquit, in secunda refectiuncula non sit stricte prohibita, Quamvis enim communiter usu receptum sit, non secunda refectiuncula nisi sumatur cibi quibus in die ieiunii ex seimur ante, vel post prandium, ut sunt uva, nucis, poma, vel alia ex saccharo, aut meli confecta; licet tamen potest fieri iuculum, & modo non sit ex coctis cibis, qui tempore ieiunii interdiciuntur. Potest etiam comedi pisciculus, aut exigua pars piscis maioris: immo multa alia res in eadem refectiuncula degustari possunt.* Sententia Bonacinae accedunt alii pauci Caluiste. Contraria autem sententia communissima est, nempe cibos quos consuetudo in hac collatione concedit, esse determinatos, minime vero cuiusque generis. Alioquin, si licitum foret sumere indiscriminatim præfatam collationem ex quovis cibo quadragesimali; liceret etiam lumere ex cibis compofitis, & concretis ex piscibus recentibus tritis, & ex aromatibus, & uti lacte amygdalarum, a liove iuculo, stillato ex acipeniere, tructa, & aliisque optimis piscibus: quorum, simularum ciborum unica uncia plus nutrit, & satiat quam multe uncia herbarum, & fructuum. Porro quis octo uncias sumi posse concederet, immo decem, ex dictis cibis, quin ieiunium frangeretur? Nemo sane, nisi christianæ legis penitus infusus. Explota itaque hæc sententia, tanquam manifeste laxa, resolvendum superest, quinam cibi permitti sint, & quinam vetiti in præfata cenala.

IX. Quæst. V. Quinam cibi sunt in collatione serotina permitti? Resp. Iuxta communissimam, veramque sententiam sunt panis, poma, pyra, ficus, uvæ, sive recentes, & sicca, oleæ, nucis, herbe crudæ, dulciaria, seu bellaria, idque genus similia. Quoniam huiusmodi cibi eorum non sunt qui naturam

sustentent, & consueto, quæ collationem introduxit, hos quoque cibos sumendos invenit.

X. Quæst. VI. An licitum sit in collatione serotina sumere cibum compofitum ex affignatis, nempe pane, herbis, sale, & oleo conditum? Resp. Leander *tract. v. disp. xx. quæst. xxxv. & xxxviii.* cum alius Caluistis affirmativam defendit sententiam. Quia, inquit, panis immixtus aquæ, aliisque elurialibus, non plus nutrit, quando quantitas non augetur, ac nutritia, si solius, & separatim sumatur. Hæc liquidem mixturam nihil substantia addit, nihilque novi nutrimenti. Cur ergo licitum non erit, servata quantitate, eiusmodi cibos eluriales miscere simul, & per coctionem componere? Hæc omnia mera inventa sunt, ad extenuandam ieiunii formam, & ventriculo indulgendam excogitata. Quare hanc opinionem, ut evidenter falsam, reitico. Et, ut omnibus illius falsitatem comperita fiat, primum omnium explodendum est illud quod, tamquam certum, obtrahunt, videlicet aquam non nutrire. Quoniamquidem, licet aqua a natura intrinseca sit ad sitim extinguendam, & cibum alterandam, ac per corpus distribuendam; atamen certum est, atque extra omnem computationem, aquam aliquo modo suapte natura nutrire; ut experientia constat, omnique Medici fatentur. Quod postea dicendum de aqua, cibis nutrientibus immixta? Quis negare ausus fuerit, cibum concretum ex pane, aqua, sale, & oleo, & per coctionem compofitum, non magis nutrire, & corroborare, quam si panis solus, separatim comederatur? Sed, quia effectus istius maioris nutrimenti, vel substantiæ nobis ignoti sunt, his relictis, luber rationem evidentem promovere nulli cavillo obnoxiæ. In cibo collationis serotinae id maxime considerandum est, quod famam expellit, & quod omne ieiunium incommodum auferat. Porro cibis compofitus modo dicto, sive parum, sive multum nutrit, famam certe repellit, nullam quasi ex ieiunio molestiam experiri solit, nullumque pati incommodum. Ieiunium eo spectat, ut moderata fame carnem, & concupiscentiam subfigat. Accipiamus nunc quinque, vel sex uncias panis, & duas uncias aliarum rerum elurialium; deinde aquam proportionatam ad componendum cibum: quæ aqua, ut proportionata sit ad congruam coctionem, erit viginti circiter unciarum. Compofitum itaque constabit viginti octo uncis. Semper



per remanebant circiter viginti uncie papparum, seu illius cibi compositi. Nonne cibis iste magis implet ventriculum quam si partes separate fuerentur? Nonne hominem semimurientem; ne dum optime prandium, quasi saturare valeret? Admodum eiusmodi cibo in collatione ferotina, ubi, quæso, ieiunium vel leve incommodum? ubi vel tenuis molestia? En, christiane lector, nostrum temporum ieiunium, quod quidam Casuista permittere. Summo mane lex uncias cibi compositi ex chokolade, & ex aqua, sub meridie optimum prandium, & sero refectionem cibi compositi pondus viginti unciarum concedunt. Sed hoc ieiunium simulacrum reprobant committere Theologi, reprobant consuetudo Ecclesiarum. Quid de herbis dicendum? Cræda committere sumi debent; non tamen negaverim aliquando, peculiari ratione urgente, coclas sumi posse. Negaveris ne panem immersi nosse? Minime, dummodo moderate hoc fiat. Ceterum, si compositum ex pane, & vino conficeres, sicuti dictum est de composito ex aqua, & ex pane; potiori ieiunium frangeres: quia valde magis vinum quam aqua nutrit. Verum, dum quis frustum panis vno madefactum sumit, proprie non dicitur cibum compositum, sicut, & alterius generis; sicuti est papparium coctum ad ignem ex aqua, pane, sale, & oleo. Communis sententia hæc omnia distinguit. Extrema vitanda sunt. Cicera quoque, fabas, lentes, oryzam, hordeum, & quæcumque legumina cocta, & condita excruciant a collatione ferotina.

XI. Quæst. VII. An in collatione ferotina licitum sit sumere pisciculos recentes parvos, aliquid butyri, casei, & ovorum? Bonacina, ut iam iudicavius, adfirmantem opinionem defendit cum aliis paucis Casuistis, quibus novissime accedit P. Sproer in append. ad 3. præcept. Decal. sect. 2. §. 3. ubi quodammodo advertit P. Laymanum, oppositum sententiam, indignatur. His enim verbis animi suam admiratione deflexum prodit. Ego minor Patrem Paulum Layman, alias tam bonum Germanum, in hac sola materia patriotis suis fuisse tam austerrum. Hanc sententiam non modo graviores Theologi, sed & benigniores Casuiste improbant, tanquam laxam, & falsam. Et, quia res est non levis momenti, opere pretium duxi in hoc Dianam ipsam imitari, qui non modo loca Autorum allegat, sed & verba transcribit. Quoties enim allegat Casuista aliquid ventri favens, illico fides adhibetur; sed, si adversus gulam citatur, non tam facile credi-

tur. Referam primum omnium quæ scribit Diana coordinatus Tom. 1.º. resol. 116. num. 4. & seqq. Assero in dicta collatione sub onere peccati mortalis quantitatem licitam non posse sumi in piscibus, ovis, & aliis lactiniis, seu cibis substantiabilibus in coena manducari solitis: & ratio est manifesta: quia, ut dictum est, collatio est licita propter consuetudinem: sed consuetudo, quæ introduxit dictam collationem; non solum præscribit, & præscribit quantitatem, sed etiam qualitatem ciborum; numquam vero per consuetudinem in collatione introduci licet cibi, qui committere ordinantur ad sustentationem, & inter ferula apponuntur, ut pisces, ova, & legumina &c. ergo talia manducare illicitum, & peccatum erit. Verum, quia multi nolunt hæc veritate intelligere, ponam per extensum verbum Doctorum. "Ex his quos ille recitet, & ex recentioribus aliquos, ego quoque referam.

Azorius Lib. VII. cap. VIII. quæst. VIII. In refectione vespertina folium edi possunt quæ ante, vel post prandium sumi solent, quales sunt fructus arborum, herbarum, & alii quidam fructus leviores sumi soliti ea tantum ratione ne potus stomacho noceat, ut proinde sit corruptela, si hi cibi somantur qui potissimum ad nutriendum valent, qualia sunt legumina, & pisces." Retractat quæ docuerat quæst. VII. Reginaldus Tom. I. Lib. IV. disp. xv. dub. 20. num. 185. In collatione ferotina solum edi possunt quæ ante, vel post prandium, aut coenam alias fari solent, qualia sunt electuaria, fructus arborum, putæ ficis, uvæ, nuce, pyra, poma, herbarum &c. Si enim secus fiat, id est sumantur alii cibi, & qui valent potissimum ad nutriendum, ut sunt pisces, & legumina, non erit refectione, sed ieiunium solvitur.

Fillucius Tom. II. tract. xxvii. p. 2. dub. 6. num. 30. Cibi qui committere ordinantur ad sustentandam naturam, & inter ferula apponuntur, videntur prohibiti esse; tales sunt pisces, ova, item insula ex leguminibus, amygdalato, & humilmodi: hæc enim omnia prohibentur, quia non solent numerari inter cibos ad tentacula, sed inter cibos ad alendam, & sustentandam naturam.

Laymanus Lib. IV. tractat. VIII. cap. 1. num. 9. "Qualitatem cibi in collatione fere mendii aiunt DD. committere esse fructus, aut

aut herbas, adiuncto etiam pane, vel piciculo parvo, secundum Azorium; sed ego putolo eum loqui de piciculo parvo, qui fimo sicatus, vel aceto maceratus sit, qualis etiam inter leviores cibos numerari solet."

Stephanus Fagundes de præc. Eccles. tract. IV. Lib. 1. cap. IV. num. 18. "Consuetudo ubique receptum est, ut in refectione la soli fructus cum modico panis capiantur; & hac consuetudinem excedere non est licitum. Et si aliqui non nihil piscis adhibere soleant, id quidem per corruptelam facunt, non per consuetudinem legitimam: communis enim consuetudo est, ut fructus modici, & modicum panis in collatione adhibeatur; non piciculi parvi, vel tantillum magni piscis: non enim quantitas materia, sed materia prohibetur."

Sancius in select. disp. liti. num. 8. "Nec ex cibis ad coenam aptis etiam in minori mensura poterit accipi refectione: obstat enim consuetudo ad id contraria."

Ioseph Angles de ieiunio quæst. xv. art. 2. dub. 4. "In collatione ferotina ne illa sumantur quæ per se ad nutriendum ordinantur, quales cibi sunt pisces, ova, &c. tam in his, quamquam similibus quantitas non violatur ieiunium, ratione tamen qualitatis violatur."

Vivaldis in casid. aur. part. ult. cap. XI. num. 23. "In refectione concedi potest frustum panis cum pyro, pomove, cum ova, vel paucis ficis, nucibus vel his similibus."

Berardus in Sum. cor. part. 1. cap. 1. num. 69. "In collatione ferotina concedi possunt aliqua electuaria, confectiones, vel pauci dulcissimi, fructus, & herbarum &c. quæ ad nutriendum principaliter ordinata non sunt."

Isacabus de Grassis in Decis. Part. 1. Lib. II. cap. xxxvii. num. 29. "Collatio de ferro fieri potest vel sumendo parum fructuum, vel secum, vel panis solius, vel utriusque iuxta morem regionis."

Antonius de Leteratis in Summ. Part. II. cap. XIX. num. 4. "Ieiunians in sero dies non debet sumere aliquid comestibile quod in prandio consuetum est sumere; sed aliquid quod per modum medicinæ, ne potus illi noceat."

Mollellus in Sum. Tom. I. tract. x. cap. 111. num. 24. "Nihil interest, si in pane vel fructibus fiat humilmodi collatio; quamvis de sententia fiat in fructibus."

Sylvius 2. 2. quæst. cxviii. art. 6. quæst. 2. Conc. Theol. Tom. V.

"Pisces autem pro collatione comedere, ut salomonem, lurium, astellum, & alios humilmodi, non credimus esse licitum."

Leander tract. IV. disp. xv. quæst. xli. "Tamquam certum mihi respondeo, quod in collatione non liceat ut piscibus recentibus."

Primo quia consuetudo omnium tam doctorum, quam vulgarium hominum usque ad hæc nostra tempora oppositum tenuit; ut constat: ergo illam excedere non erit licitum; sicut non est licitum legem excedere, nam consuetudo vim legis habet."

XII. Plurimi alii Auctores hæc eandem sententiam sentiant, ut S. Antonius II. P. tit. xi. cap. 11. §. 9. Sylvester ver. Ieiun. quæst. 111. num. 10. Caietanus in Sum. verb. Ieiun. Sed & recentiores, Lavorius tract. de iubi. p. 1. cap. xx. num. 10. Boia part. 1. cap. 3. Medina in instruct. Conf. Lib. I. cap. 111. §. 10. Lams in Sum. Lib. III. cap. v. §. 24. Ortiz in Sum. cap. xii. num. 10. Ioannes Medina cod. de iuri. Cardinalis Corra de ieiun. p. 111. dub. 5. plerique alii. Ex quibus omnibus colligitur, sententiam Bonacinae, & Tamburini, aliorumque paucorum esse omnino improbabilem, & falsam; atque adeo in praxi omnino reiiciendam. Sic concludit laudatus Diana. "Ex his omnibus apparet hinc ratione & fundamento contra communem Doctorum sententiam locutum, fuisse Bonacinae disp. ult. ubi allerit in collatione ferotina non tam cibi qualitatem, quam quantitatem attendendam esse. Nam, ut supra ex ore omnium Theologorum probatum est, qualitas cibi in refectione frangeret ieiunium. Et ita etenim sentiunt plures Patres nostræ Religionis, & ex Societate Iesu 3 me de hac re consulti. Unde minime dubitandum est, contrarium facientes peccare mortaliter, & frangere ieiunium. Scripsi hæc ad commendam adiaciam aliorumque, qui ex auctoritate Bonacinae contrariam sententiam in praxi consulerent audebant: quæ quidem sententia non est probabilis, sed falsa, quia est delicta rationibus, & est contra communem, ut visum est. Ergo &c."

Hæc Diana in citata resol. 116. num. 23. Si vel ipsi benigniores, & laxiorum opinionum defensores fallam, ac improbabilem vocant opinionem quæ pisces comedendos permittit in collatione ferotina; quis audebit enim impotenter propugnare; vel alii amplectendam consulerent.

XIII. Quæst. VIII. An sittem pisciculi parvi, fumo exsiccati, vel fale conditi, ut olive, camarones, sardinae seu accidia, similesque,



que, possint esse materia collationis serotina? Respondeo. Afirmatam opinionem defendit Bonacina cum aliis, quos inrer est Henricus a S. Ignatio, qui obiter, & sine ullo examine hac de re verba faciens, ait *Lib. IX. cap. 1. num. 6.* posse in suo Belgio sumi piciculos in parva quantitate. Sed contraria sententia communissima est, ut inquit Salmanticensis *tract. xxii. cap. 11. punct. 3. §. 3. num. 8.* quorum verba illic transcribenda sunt. Sed communis (aiunt) Doctorum sententia docet, non esse materiam collationis piciculos parvos, sive recentis sint, sive sumo siccatis: quia, cum collatio serotina consistens sit in introduca, etiam consuetudinis fructum esse circa cibos qui eius materia esse possunt. Sed nullibi est consuetudo introduca sumendi in ea piciculos parvos, ut testatur Villalobos, Azor, Palau, & alii infrascripti. Ergo esse sumera non licet. Uterius: nam pisces esse ordinati sunt ad nutriendam, & sustentandam naturam: ergo eis non licet uti in collatione serotina. Sic Sanchez *Lib. V. conf. cap. 1. dub. 25. num. 4.* Ledelma *tract. xxvii. cap. 11.* Trullenchus in *Decal. Lib. III. cap. 11. numer. 8.* Villalobos *tract. xxii. diff. 7. num. 3.* Palau *Tom. V. tract. 1. disp. 114. punct. 2. §. 2. num. 6.* Lezana *verb. Ieiun. numer. 4.* Fagundes de *4. Encl. presc. Lib. 1. cap. xv. num. 18.* Diana *Part. 1. tract. ix. resol. 1. & Part. II. resol. 117.* & alii. Idcirco istorum verba transcripsi, quod resolutiones eiusmodi, facti cum sint, plus ab auctoritate quam a ratione pendere soleant. Doctores siquidem, qui variis temporibus scripserunt, testes sunt consuetudinis. Porro illi testantur, nunquam viguisse consuetudinem sumendi piciculos, etiam sumo siccatis, in collatione serotina. Manifestum igitur est non posse licite sumi parvos piciculos. Ratio quoque hoc ipsum evincit. Enimvero, si communissima tum antiquorum, tum recentium Theologorum sententia est, prohibito esse in collatione serotina pisces magnos, & recentes, etiam servata quantitate; si falsissima est sententia que statuit, quantitatem, secus qualitatem attendendam esse in refectione serotina; nulla sane ratio superest que licitos ostendat piciculos parvulos sumo siccatis, vel aceto maceratos in dicta collatione. Nam idcirco veriti sunt recentes, quia cibi sunt, & ex primaria institutione ordinati ad commodum nutriendam, alendamque naturam: quapropter nunquam consuetudo Ecclesie eisdem concessit in refectione serotina. Ad nunquid cibi non sunt, ad nutriendam, & sustentan-

dum naturam eodem modo ordinati, piciculi parvi sumo siccatis, vel aceto macerati? An sumus, vel acetum aliquod substantie illis admitti? Quia pisces sumo siccatis non raro meliores sunt quam recentes: idemque est de aliis piciculis aceto maceratis, qui nunquam solo aceto, sed simul cum aceto, aromatibus etiam coniunguntur. Uterius, cur liciti erunt piciculi parvuli, & non magni, si quantitas servetur? Sed, nunquid neque duas sardinas salitas concedes? Respondeo, quod plura possunt permitti, si ubi licentur, unde initium sumunt: sed quia ad ulteriora viam aperitur, idcirco nihil est picibus, sive recentibus, sive aceto, sive sale maceratis sumendum, cum communi Theologorum consensu statuo. Ratio enim, ut dixi, aequa, proportione servata, evincit esse illicitos pisces magnos ac parvos: quia etiam parvi tunc cibi eodem modo ordinati ad nutriendum. Dic, quado, cur licitus erit sumere duas uncias sardinarum, & secus duas uncias thunni, salomonis, aringarum, quoniam etiam tracta salita, vel sumo, & sale macerata, quae vulgo dicitur *bezotta*, etique optima? Ob id ergo solum pisces erunt materia collationis serotinae, si nomine diminutio piciculi compellatur: Cum itaque consuetudine veriti sint absolute in collatione serotina pisces; tam parvi, quam magni, tam recentes, quam saliti, prohibiti intelliguntur: ut communissime testatur Theologorum sententia. Et praeter allegatos Auctores addere lubet Leandrum *tract. v. disp. 1v. quest. xlii.* ubi haec scribit. *An saltem liceat in collatione uti picibus sumo siccatis, laleque conditis? . . . Ut mihi certum respondeo, non posse: quia nec ratio, nec usus vitiorum prudenter, & timorate conscientie ad contrarium tuendum arguit, ut constat, cum sit omnino contrarius. Ex his colliges, contrariam opinionem in conspectu nostrae nullo modo esse probabilem, utpote & ratione, & auctoritate destitutam. Quis enim praeter Bonaciam, alicuique paucos neotericos emendatissimos, solet utique laudari Caietanum pro illa opinione, eo quod scribat in Summula verb. *Ieiunium sub fin. 1. cap. Quia ad hoc videtur serotinum ientaculo reduci, ut non referat, quid quisque sumat, si modum non excedit.* Qui haec Caietani verba allegant, ut evincant non esse illicitam qualitatem ciborum quorumcumque ex permisso in prandio, in primis iniuriam irrogant Caietano, quia textum illius truncatum exhibent, & illius temporis consuetudinem ignorant. Tum siquidem disputabatur, num licitus esset in collatione uti pa-*

nis,

nis, vel tantum fructuum arborum, vel herbarum. D. Antonius, & alii negabant, posse licite in collatione sumi panem; sed tantum fructus. Caietanus licitum utrumque sententia defendebat. Quapropter sic incipit textus Caietani: *Nec sumere in ientaculo parvos pisces, frangi ientaculum: quia ad hoc videtur serotinum &c.* Clarius rem hanc explicat Caietanus 2. 2. *quest. cxlviii. art. 6. §. 2.* ubi sermonem habet de omnibus iis rebus quae in collatione serotina furebantur. *Licet presc. temporibus, inquit, non fuerit forte licitum sumere fructus, herbas, aut bucellam panis, ne potus laeret stomachum, quia horum usus secundum se est manducatio, ut Auctor dicit: hodie tamen omnia licita sunt per modum medicinae in vesperino potu, fructu cessante: quoniam tam consuevit christiani populus uti per modum medicinae huiusmodi his quorum usus est manducatio. Diferentiam tamen est consuetudinis licet; scilicet, uti non consuevit sumi panis, non sonatur ineratibilis causa, puta quia fructus nocent, aut non habentur, aut non possent ceteri denudari. Evidens hinc est, non aliud Caietanum velle, nisi quod tum temporis licitum erat sumere vel fructus arborum, vel panem; parumque referebat, quid quisque ex his sumeret, dummodo modum non excederet. Nec in Caietano, nec in cuiusque illius aevi Scriptoris mentem venerat picium usus in collatione serotina adhibendus. Nondum enim adeo laxata erat ieiunii severitas. Sed de hoc pluraquam satis.*

XIV. Heine mirari satis non subit, P. Thomam Milante, qui se purgatorius Theologiae cultorem iactat, in *ot. exercit.* docere que sequuntur. *Nec scrupulosus quidem Theologus (scrapulosus ne Theologus Diana, aut Leander?) insicari audeat (te posse velci piciculis recentibus) presertim quia viri prudentes, ac docti, immo Regularium communitates esseque veseli in antipascuali ieiunio consueverunt. Vin meliora? Audi sequentia. Ut ingenuae manae hac in re proferam sententiam, aetate praesenti disciplina, sine ullo scrupulo posse etiam magnos pisces in eadem quantitate permitti vestigio. . . . Unde, sicut hodie in prandio licet grandis pisces comedere, licet pariter in cenula cum debito moderamine manducare. Auctor ille invenitur contra Cajetanum, quos Lexovis appellat: & tamen ieiunium benigniores tam laxam doctrinam illis docent. Domestici Theologi aberrationem repello, ut novum argumentum perhibeam, me, non partium studio, sed veritatis amore succentium, molliorem Ethicem improbare.*

XV. Quasi IX. An, quando in die ieiunii licitum est in prandio edere lacticia, licitum quoque sit aliquod eorum capere in collatione serotina? Respondeo. Doctores qui negant licitum ulum picium in collatione, & lactificiorum: quoniam eadem & ratio, & concludendo obtinet ad verus lacticia, & ova, ac ad verus pisces. An vero in regionibus lemptrionialibus, ubi fructum inopia est, licitum esse possit aliqui casei cum pane sumere, res tanti non est, ut de ea disputare debeamus. Parvitas materiae, & necessitas exulare quandoque possunt. Quin in aliis etiam regionibus, ob capitis, vel stomachi debilitatem, infirmamque corporis constitutionem, praeter communem consuetudinem agere quandoque licet. Absoluit tamen ubique collatio serotina sine lacticiis licet oportet. Quare nec placentia, nec aliae pastae ex ovis, butyro, aut lacte concretae licitae sunt in eadem refectione.

XVI. Quasi X. An viri nobiles, delicati, Advocati, Procuratores, Lectores, omnesque studii vacantes, sumere possint collationem maioris quantitatibus quam ceteri? Quodve dicendum de Curia Romana? Respondeo. Patrigius *deci. xcix.* Leander *tract. v. disp. 1v. quest. xxviii. & seq. Cardinalis Corza part. 111. dub. 9.* alique docent, omnes laudatos viros posse amplius sumere collationem; & pro ratione obtrudunt consuetudinem, ac debilitatem corporis constitutionem. Istorum Auctorum opinio non modo improbabilis, sed & indigna ut proponatur est. Quandoquidem neque nobilitas, neque divitiae, neque recentiae professiones ab observantia ieiunii exulare possunt. Ergo nequa a fabricate, in serotino ientaculo servanda. Ut salutaris istius opinionis omnino pateat, expendendi sunt status singuli enumerati. Atque in primis nobilitas nullo privilegio ponitur ad verus legem. Deinde plurimi nobiles fortiores, & robustioris constitutionis sunt quam multi plebei. Si plures viri graves delicati sint; etiam plures viri plebei habent constitutionem gracilem, minisque firmam. Fugit ergo est allere, nobilitatis statum causam sufficientem esse augendi collationem serotinae. Sed, si viri nobiles, sive plebei sint, si aliqua peculiari debilitate, vel incommoda laborarent, poterunt plus minive iuxta Superioris docti, & prudentis arbitrium a lege collationis serotinae dispensari. Cur vero Advocati, Procuratores, Lectores, omnesque qui studiis vacant, possint sumere amplius collationem? Quenam consuetudo id per-

L. 2. mit-



mittit? Nulla sane. Si enim præfatis omnibus licita esse maioris quantitatis collatio, potiori iure licita foret omnibus artificibus, laboribus, barbitonioribus, pictoribus, aliisque. Plebei postea, qui artibus magis laboriosis insudant, a ieiunio etiam exultarent. Pro quibus ergo statuta est regula illa octo unciarum? An pro Religiosis? Leander loco citato *quæst. xxx. ait*, posse illos *ampliorem sectantissimum sumere, etiamsi continuo iudicis non vacent, dummodo certis horis (nempe quinque, vel sex) studeant, etiamsi id faciunt recreationis causa: vel si in choro cantant, aut manibus laborent*. Concludam ergo cum Caramello in Theol. fund. num. 1530. *Ergo, si etiam Religiosus excludimus, qui erant in Ecclesia Romana qui tenebantur observare ieiunia? Dicimus potius e contrario, nobiles, procuratores, viroque graves minorem præ ipsi plebeis debere sumere collationem: tum quod lautius præstant, et exultarent: tum quod minus laborent corpore, & consequenter corpus magis indomium habere soleant: tum denique quia ipsi severiore indigere solent penitentia. Qui vero studiis vacant, minus ventrem implere debent. Nulla ergo ratio, nullaque consuetudo permittit nobilibus, Advocatis, Procuratoribus, & Læicis maiorem collationem quam ceteris Christianis. Una pro omnibus lex: sola infirmitas, virumque debilitas, non status diversitas, relaxare legis rigorem potest. Consuetudinem, quam de Curia Romana obrudunt, nimirum, licitum esse in præfata Curia sumere maiorem collationem consuetam, inventum est illorum Casulistarum quos loco citato *quæst. xxv. recenset Leander. Quin in Romana Curia, ubi sedes est religionis nostræ, severius Ecclesiæ præcepta lervari debent, ne inimici nostri obagnant, & exprobrare audeant, Roma scilicet exire edicta, ut illud Augusti, minime vero ibi subsisteret. Neque aliquorum abusus (quos, si tolerant, nunquam approbant Pontifices summi; sed pro virili parte evellere conantur) pro consuetudine legitima opponi valent.**

**XVII. Quæst. XI. An licitum sit summo mane, vel meridie sumere collationem, prædium dilato in vespertinum?** Respondet Communissima sententia est, abique iusta causa id minime licitum esse: quia non licet ordinem ab Ecclesia sive lege, sive consuetudine statutum & firmatum pervertere. Iusta vero occurrente causa, nempe urgentis negotii, studii, concionis, itineris, debilitatis, alteriusve rei similis id licitum erit. Si enim iusta causa a ieiunii observantia exulare va-

let, multo magis ab illius circumstantia poterit. Disputant deinde Auctores, quodnam peccatum perpetraret qui abique ulla causa sive mane, sive meridie sumeret collationem, ut sero cenaret. Communiter, & mihi probabilius sententia est, hunc non peccare, nisi venialiter: quia hæc inversio non foret contra substantiam, vel contra finem ieiunii ecclesiasticum; sed tantum contra circumstantiam consuetudine inveciam. Porro transgressio istius circumstantiæ levis, non gravis esse videtur. Quod, nisi manifestum esset, pluribus evincerem.

**XVIII. Patres Salmanticensis tract. xxi. cap. 11. par. 2. §. 3. num. 83. ex Villalobos referunt privilegium concessum Religiosis, ut ieiunantes possint manè sumere collationem, & vespere cenare. Sed, quidquid sit de hoc privilegio, de quo mihi non constat, sicut ceteri possunt ratione itineris, absque privilegio, sumere mane dictam collationem; ita etiam idipsum poterunt Religiosi. Omnes vero farentur, posse Christianos, omnino ientaculo, & transacto toto die sine cibo, vespere cenare. Hæc enim ratione perfectius, & iuxta antiquæ discipline formam ieiunium observarent. Sumere vero mane ientaculum loco collationis ferotice absolute illicitum est, nisi aliqua specialis ratio urgeat que excuset. Quæ autem rationes sufficiunt ad hunc ordinem licite invertendum, prudentium est iudicium.**

## CAPUT XV.

*Corollarium, in quo ex doctrina plurimum Casulistarum vera ieiunii quod ipsi admittunt, imago vivis coloribus depicta exhibetur.*

**I. Nihil evidentius alicuius feminis contagiosi naturam prodit quam monstruosus partus ex eodem natus. Caputibus superioribus retulimus doctrinam quam de variis ientaculis, videlicet de collatione ferotina, & de portione matutina chocolate, evulgavit Casuliste non pauci. Nunc ieiunii formam, quæ ex præfata doctrina, veluti ex femine partus, consurgit, ob oculos id minime licitum esse: quia non licet ordinem ab Ecclesia sive lege, sive consuetudine statutum & firmatum pervertere. Iusta vero occurrente causa, nempe urgentis negotii, studii, concionis, itineris, debilitatis, alteriusve rei similis id licitum erit. Si enim iusta causa a ieiunii observantia exulare va-**

ca-

capiant, & in errorem inducant. Verum, si omnes istæ benignitates, & dulcedines simul miscantur, mixtum male oleas constituent. Hæc omnia exemplo comperita evadent. Docent Casuliste nonnulli, licitum esse summe manè, quin per diem etiam, sumere unicam, vel unam cum dimidio, immo etiam duas unicas comestibilis chocolate, non solidi, sed flex unclis aquæ liquati. Deinde concedunt opporiam prandium. Post prandium non modo notum permittunt ad sitim exstringendum, sed etiam ad voluptatem capiendam. Ne autem potius nocent, quoties bibis, toties quidquam cibi, ut sex amygdalæ, duos ficus, & similia, benigne imperiuntur. Si aut amico invitatus fueris ad hospitium, ne inurbanus videaris quidquam cibi etiam capere poteris. Vespere tandem refecturiam, quam Ecclesia tolerat in parva quantitate panis, & ientaculum, ad octo unciæ cibi cuiusque generis in prandio permittitur extendunt. Addunt vero abique gravi fractione ieiunii te posse supra octo unciæ duas alias sumere ratione parvitatatis materie. Hæc licet decem cibi unciæ habes, cuiusque sis conditionis. Ceterum, si nobilis, si procurator, si advocatus, si iudex, si studii vacans fueris, aliquid amplius tibi concedunt; necesse est, ut minus, duas alias unciæ, scilicet duodecim unciæ: quam quantitatem plus minive pro toto die sufficere, docet Lessius in libro de vanda sanitate. Descripsi quantitatem cibi quam non pauci Casuliste concedunt. Qualitas etiam indicanda est, ut ieiunii imaginem melius adumbremus. Permittunt te posse sumere ex omnibus cibis in prandio concessis vel a lege, vel a privilegio; ita ut non modo pisces, sed etiam lacticia, & ova, si hæc in prandio comedantur, licite capere valeas. Partiamur tunc præfata quantitatem, & qualitate in moderata ferotia, ut iniretore valeamus mentem, in opporiam, saltem lautam. Concedunt enim iudicati Casuliste hæc omnia simul misceri. In primis itaque duas unciæ panis sexdecim unciæ aquæ insundo, & per coctionem pulcem conficito, cui unciam amygdalarum, quas vel continuam, vel stillabo, in liquorem permiscebo. Sic papparium istud & palato sapidum, & stomacho substantiale erit. Accipiam duas alias unciæ panis: apponam patellam unius ovi, quoquo modo conditi, ponderis durarum unciarum; & superaddam duas unciæ recentis piscis. Superest adhuc una unciæ, quam in fructibus, aut bellaris tibi dabo. Si vero fueris nobilis, advocatus, cantor, procurator, vel studii vacans, duas alias

Cont. Theol. Tom. V.

unciæ augebo vel fructus, vel accipenser vel alterius piscis. Ex partitione facta, si rationes subduxeris, conficis summam decem unciarum epularum pro plebeis, & duodecim pro nobilibus. Hæc omnia in collatione ferotina iuxta non paucos Casulistas, quos forte huculque lectus es, comedere valeas, quin gravius ieiunium frangas. Nonne monstruosum ieiunii genus istud est? Ubi in hoc ieiunio vel leve christianæ poenitentia vestigium? Quin tibi vel imago ieiunii, sive christianæ, sive iudaicæ, sive paganicæ? Hæc deformem & prodigiosam ieiunii formam minime deprehendes, dum separatis, & sparsim, quæ præfati Auctores scribunt, legis iudicio omnia simul collecta ante oculos tuos oblicere volueris, ut unico conspectu videre possis quæ laxitatis tandem deveniant iactura quorumdam recentium benigna inventa. Si suspicaris, aliquid a me per exaggerationem dictum fuisse, revolve superiora capita, tibi Auctores, & loca, in quibus, quæ retulisti docent, indicata comperies. Noli his iterum eorum nomina adducere, ne ipsis invidiam concitare videar. Ceterum nil admodum, nec verbum quidem addidi, quod illi expresse non tradant. Hinc non modo concipias velim horrorem maximum adversus ieiunium quod quidam recentes Theologi docent; sed regulam in mente tua statuas cupio, parum videlicet fidei adhibendum his, similibusque Auctoribus, tibi adhibentem explicitum christianam. Neque huiusmodi in hoc sensu accipias velim, ut eos te discipulum animum habuisse, suspicaris. Abiit hoc. Sed in animo tuo infundam voto, eos tales opiniones sine examine, sine delectu, bona fide (quoniam alii ex aliis eas transtulerunt) docere, quæ a veritate evangelicæ via deducunt, & in errores gravissimos te concitant. Existimantur illi esse probabiles opiniones quæ docere, ut faciliorem redderet ieiunii observantiam. Sed, ut ego quidem arbitror, adeo laxæ sunt, ut ieiunium Catholicorum de medio tollant.

## CAPUT XVI.

*De bona que pro refectioe in die ieiunii capienda, prescripta est. Quodam peccatum committant qui notabiliter cum anticipant.*

**I. Ieiunium, sive veteris, sive novi fœderis, semper habuit horam præfinitam, quæ semel in die comedi statutum vel lege, vel consuetudine fuit. Iam supra ostensum**

L 3

est,



est, tum Hebræos, tum primos Christianos  
 vespere tantum ieiunium solvere consuevit.  
 Hæc porro disciplina temporis tractu varia-  
 tionibus obnoxia fuit; & hora nona, seu tertia  
 post meridiem ieiunium solvi ceptum est,  
 celebrato tamen officio vespertino. Disciplina  
 hæc viguit usque ad seculum quartum  
 decimum. Siquidem circiter hoc tempus ho-  
 ra solvendi ieiunium retroacta est ad meri-  
 diem, idest ad horam sextam; qua hora nunc  
 ieiunium solvitur. Postest tamen etiam non  
 differri prandium usque ad nonam, vel vesp-  
 erum, non solum abique culpa sed etiam  
 maioris meriti lucto: tale enim ieiunium  
 magis congruet antiquæ disciplinæ. Licet  
 tamen etiam solvitur hora meridiana: quia  
 consuetudo recams Ecclesiæ id permittit. Hæc  
 hora meridiana computanda minime est mo-  
 do mathematico, & individuò, sed moralit-  
 er loquitur D. Thomas 2. 2. quæst. cxlviii.  
 art. 7. ad 2. Ad ieiunium requiritur hora de-  
 terminata, non secundam sibiis examina-  
 tionem, sed secundam gratiam affirmationem.  
 Sufficit enim quod sit circa horam nonam:  
 nostro vero tempore circa horam sextam,  
 idest prope meridiem. Quare docent plures,  
 ieiunium nunc solvi posse hora fere undeci-  
 ma ante meridiem iuxta horologia Transal-  
 pinorum: quia etiam hoc modo prope meri-  
 diem solvitur. In illa enim *gratia* exstima-  
 tione unius circiter horæ spatium compu-  
 tari posse existimant: maxime ubi non est  
 horologium solare. Non pauci hæc morali  
 computatione abutuntur, eo quod vi illius  
 aut unam horam, aut unam cum dimidio  
 ante meridiem solvi posse ieiunium adfir-  
 mant. Sed hæc non *gratia*, sed *gratissima*  
 computatio est. Extrema itaque vitanda sunt.  
 sibiis & mathematica supputatio omitten-  
 da; largæ quoque anticipatio reiicienda. Ita  
 committit omnes. Nunc, quæ in contro-  
 versiam vocantur, discutienda sunt.

II. Quæst. I. An qui notabiliter, nempe per  
 unam, aut duas horas, abique iusta causa iei-  
 unium solvere ante meridiem, graviter pec-  
 caret? Respondeo. Omnes adfirmant, hanc  
 anticipationem fieri minime posse abique pec-  
 cato. Difficultas dumtaxat est, num peccatum  
 hoc veniale sit, an mortale. Pro utraque  
 sententia sunt plures Auctores. Culpam  
 mortalem esse defendunt D. Antonius 2. 2.  
 Part. iii. vi. cap. 11. §. ult. Caietanus 2. 2.  
 quæst. cxlviii. art. 7. & in *Summ. verb. Ie-  
 iun.* Paludanus in *W. distincti. v. quæst. iv. con-  
 cl. 1.* Turrecremata cap. Solalet num. 2.  
 de *conf. distincti. I.* Abulensis quæst. cxxxii.  
 & cxxxiii. in cap. vi. *Matth. Covarruvias*

*Lib. IV. var. cap. xx. Sylvester verb. Ieiu*  
*Tabiena quæst. v. Ledelma part. 11. quæst.*  
*xvii. art. 4. Grassius Lib. II. deef. an. cap.*  
*xxxvii. Azorius Lib. VII. cap. xi. quæst. 111.*  
*Angles quæst. 18. de Ieiu. artic. 2. distic. 1. Ve-*  
*ga Tom. II. Summ. cap. xiv. colu. 33. Fagun-*  
*dez præcep. iv. Eccles. Lib. I. cap. 11. num. 4.*  
*Sanchez Lib. III. in Decal. cap. xi. num. 51.*  
*& Lib. Consil. v. cap. 1. dub. 28. Ghetius*  
*verb. Ieiunium cap. 112. num. 7. LAVORUS I.*  
*Part. de ubil. cap. xx. num. 15. SEVIUS 2. 2.*  
*quæst. cxlviii. artic. 3. concl. 3. Homobonus*  
*de exam. Eccles. I. Part. tract. vii. cap. xv.*  
*quæst. xc. Ioannes a Cruce I. Part. Summ.*  
*præcep. vi. art. 4. dub. 8. concl. 2. Reginaldus*  
*Lib. IV. cap. xiv. num. 160. Angulimus Bar-*  
*bola in Collect. Doct. in I. Part. Decr. distincti.*  
*xxv. cap. Unum oritur mon. 5. Cardinalis*  
*Cozza Tom. de Ieiu. part. 111. art. 5. dub.*  
*1. num. 7. Patritius Sporer in append. ad 3.*  
*præcep. Decal. sect. 1. num. 22. hæc opinio-*  
*nem tutiorem, magis piam, & in praxi con-*  
*sulendam esse scribit. Ratio quoque validis-*  
*sima huic sententiæ iustificatur. Nam certum*  
*est, omneque, paucis exceptis, fatentur; an-*  
*tiquitus non licebat abique fractione ieiunii*  
*horam anticipare commotionis. Hoc evidenter*  
*colligitur ex cap. Solalet disti. 1. de consecr.*  
*quod caput deipromptum fuit ex Concilio Ca-*  
*tilonensi, ubi hæc habentur: solent plures,*  
*qui se ieiunare putant in Quadragesima; non*  
*ut siquon audierint, ad horam nonam com-*  
*edere: qui nullatenus ieiunare credendi sunt,*  
*si ante comederint quam vespertinum celebrare*  
*officium. Et glossa ibi: Non iun credendi*  
*ieiunare. Nam prius debent officium audire;*  
*& si venie non possunt, expectata hora ves-*  
*pertina, & completa oratione sua, comedant.*  
 Ergo quemadmodum tunc culpa gravis erat  
 anticipare horam præsumtam pro unica  
 commotione sumenda in die ieiunii; si nunc  
 temporis culpa gravis erit horam recenti  
 consuetudine statutam notabiliter antevertere.  
 Quamquam enim disciplina præmiendi hæc  
 horam, illamque illigandi nunc tempori ves-  
 pertino, nunc tempori postmeridiano, nunc  
 tempori meridiano, variationem passa sit;  
 semper tamen fideles obstricti fuerunt observa-  
 tionis præfate horæ in ieiunii solutione. In  
 primitiva Ecclesiæ peccatum grave erat ante  
 occasum solis cœnam sumere. Uique ad se-  
 culum quartum decimum grave peccatum  
 erat ante nonam horam notabiliter ieiunium  
 solvere. Quid ni ergo peccatum grave erit  
 etiam nunc notabiliter præsumtam horam an-  
 tevertere? Hoc confirmat Caietanus 2. 2.  
 quæst. cxlvi. art. 7. univerto populi Chri-  
 stiani

stiani consensu. *Communis*, inquit, *animi*  
*conceptio Christianorum est, quod comedens*  
*summo mane in die ieiunii non ieiunat: qui*  
*pater ex hoc quod quilibet Christianus, videns*  
*non ieiunat summo mane comedentem, dicit: Iste*  
*non ieiunat. Ex hoc . . . . . evidenter patet*  
*quod hora consueta comedendi pro ieiunio,*  
*quæcumque hora sit illa, est de necessitate iei-*  
*unii.*

III. Obiiciunt contrariæ sententiæ patro-  
 ni. Determinatio horæ non pertinet ad sub-  
 stantiam ieiunii, sed est tantum illius condi-  
 ditio. Non igitur gravis culpa erit illius  
 anticipatio. Insulper, quæcumque hora iei-  
 unium solvatur, hoc minime officit nisi  
 ieiunii: quia æque affligitur corpus, five  
 hora sexta, five hora nona, five vespere  
 refectio capitur. Tantum fixitudo dilata-  
 hora sexta iustis diei ab hora sexta diei  
 sequentis, quantum dilata hora tertia ab ho-  
 ra qui solvit hora sexta, ac qui solvit hora  
 tertia. Tandem licitum est postponere com-  
 motionem per duas, & tres horas: ergo  
 & illam anticipare. Hæc sunt argumenta  
 contrariæ sententiæ, quam defendunt Dia-  
 na coordinatus tract. vi. resol. 104. Leander  
 tract. v. disp. vi. quæst. viii. Pasqualius  
 deef. cxvi. num. 3. & 4. Trullenchus Lib.  
 III. in Decalog. cap. 11. dub. 4. numer. 13.  
 Bonacia disti. ult. quæst. 1. puncti. 4. num.  
 3. Salmanticenses tract. xxxiii. cap. 11. puncti.  
 4. numer. 87. Sporer in append. ad 3. præ-  
 cep. Decal. sect. 1. num. 23. P. Viva quæst.  
 x. artic. 2. numer. 5. scribit: *Falsum est di-*  
*vi ut præceptum, aut consuetudinem graviter*  
*obliquantem ad non anticipandam commotionem*  
*ante meridiem. Poterit ergo Christianus pro*  
 arctio, qui graviter peccat, anticipare uni-  
 cam comeduram. Quam hæc sint commu-  
 ni Christianorum sententiæ consentanea, alio-  
 rum elio iudicium.

IV. Respondetur ad primam obiectionem,  
 verum utique esse horæ determinationem  
 non pertinere ad ieiunii essentiam; sed di-  
 camus, esse conditionem, quam servandam  
 præscribit Ecclesiæ. Ut toties dictum est,  
 desperam in Morali christiane controversi-  
 is obtruduntur eiusmodi metaphysica no-  
 mina, essentia, & accidentis, ut inde,  
 neglectis circumstantiis, moralium rerum de-  
 dantur, alii horam integram. Postrema hæc  
 sententia est communior, & verior: spa-  
 rium siquidem horæ integre in communi  
 exstimatione constituit tempus notabile; se-  
 cus intervallum quadrantis, aut semihoræ.  
 Hæc porro anticipatio non implet punctum

abstinentia a certo ciborum genere, & ho-  
 ra comedendi. Omnia ista sub præcepto ob-  
 servanda esse, decernunt graviores, & anti-  
 quiores Theologi. Sive enim hora co-  
 mendendi præcipiatur pro modum conditionis,  
 five per modum substantiæ, quando certum  
 est repta ab Ecclesiâ illam præcipi, obser-  
 vanda est. Hinc patet responso ad secundum  
 argumentum. Quamvis enim eiusmodi  
 horæ anticipatio non adverteretur (quod  
 tamen falsum est) nisi ieiunii, nempe cor-  
 poris afflictioni; pugnat tamen five cum  
 lege, five cum consuetudine Ecclesiæ, horam  
 commotionis præsumptis. Semper enim  
 ieiunium habuit horam præsumtam, five ves-  
 pertainam, five postmeridianam, five meri-  
 dianam: quod ab arbitrio Ecclesiæ pen-  
 det. Semel autem determinata ab Ecclesiâ  
 præfata hora, in casibus arbitrio postum  
 minime est illam variare: aliquum mag-  
 nam esset confusio, si quilibet ad libitum  
 solvere ieiunium posset. Ad ultimum dici-  
 mus, non esse eandem rationem de pro-  
 longatione eiusmodi horæ, ac de anticipatio-  
 ne. Quoniam nunquam vetitum fuit soluta-  
 tionem ieiunii producere, sed solum ante-  
 vertere. Quando in primitiva Ecclesiâ sol-  
 vebatur ieiunium hora vespertina, licitum  
 erat ad secundum, & tertium diem ieiunium  
 producere; secus vel unicum horam ante so-  
 lis occasum anticipare. In productione elucet  
 virtus abstinentiæ, & temperantiæ; in  
 anticipatione sæpe intemperantiæ virtum oc-  
 currit. Unico verbo, Ecclesiæ vetat an-  
 ticipare, secus protrahere. Et hoc satis est.

V. Exponit utriusque sententiæ argumen-  
 tis, neutra mihi videtur evidens, & mani-  
 festa: idcirco primam amplector, & ample-  
 ctendam suadeo, tamquam probabiliorum, ac  
 tutiorem. Plures enim, & graviores ex  
 recentioribus Theologis, & omnes antiqui  
 eam propugnant. Rationes quoque validæ ei-  
 dem favent.

VI. Ut clarius præcipias sensum primæ  
 sententiæ, animadvertas oportet, non quam-  
 cumque anticipationem præfate horæ esse  
 mortalem, sed eam solum quæ dicitur no-  
 tabilis. Dissident autem Auctores in desig-  
 nando temporis intervallo sufficientem ad con-  
 stituendam anticipationem notabilem. Alii  
 namque assignant quadrantem, alii semihoram,  
 alii horam integram. Postrema hæc  
 sententia est communior, & verior: spa-  
 rium siquidem horæ integre in communi  
 exstimatione constituit tempus notabile; se-  
 cus intervallum quadrantis, aut semihoræ.  
 Hæc porro anticipatio non implet punctum



astronomicum meridiei, sed tempus illud in quo communitur iuxta consuetudinem regionis ieiunium solvitur. Variæ enim sunt etiam in hoc regionum consuetudines. Nam in Helvetia omnes Catholici ieiunium solvunt integra hora ante meridiem; & ex recepta, ac immemorabili consuetudine illa hora cenatur hora meridiei: quare eadem hora pullatur campana per recitationem angelicæ salutationis. Qui ergo per integram horam anteverteret consuetudinem horam propriam solvendi ieiunium absque iusta causa, peccaret graviter.

VII. Ex his que dicta sunt, inferitur, iuxta exilientem causam, secundum omnes polle nobiliter præfatam horam anticipari. Porro causæ iuste anticipationis sunt hæc. Condicio regionis, in qua sunt maximi calores; personarum qualitas, quibus nimum nocturnum torer producere ieiunium usque ad horam consuetam: iter necessarium suscipiendum; negotia statim post prandium tractanda, que magnam mentis attentionem exigant. Tandem Casultæ plurimi exulant omnes procuratores, advocatos, studii vacantes, hospites suscipientes, euntes ad venationem, & pilationem, etiam recreationis causa, eoque qui Principes alioqui debent, & omnes eos qui nobis, aut valde mane surgunt ad propria officia peragenda. Verum illi nimis extendunt, & amplificant illius anticipationis causas. Quare paucis concludimus, ad iustam anticipationis causam, requiri aliquam veram & realem necessitatem, minimeque sufficere arbitrariam. Si enim omnes quos indicavimus, licite anticipare possent dictam horam; qui essent subiecti horæ consuetæ? Non ergo officia exercenda solum, sed gravis difficultas ad illa peragenda aliquibus esse potest iusta anticipationis causa. Qui anticipant horam, sive iusta, sive iniusta causa, tenentur abstinere a secundo prandio. Qui enim nequit observare primam, tenentur secundam partem ieiunii observare, ut superius dictum est.

VIII. Quæst. II. An Religiosi, qui habent privilegium anticipandi per horam refectorem in die ieiunii, possint etiam per aliud breve tempus distinuat horam consuetam anticipare? Respondetur. Communitur Tractatores rei morales, Diana, Leander, Cozza, plurimique alii, communicantur privilegium indultum Regularibus, noctu ad matutinachoras surgentibus; anticipandi diebus ieiunii prandium per horam. Sed neminem videtur eiusmodi privilegium in medium afferat, vel locum indicet ubi reperitur. Quare, nisi

privilegium mihi ostendatur, dico, Regulares debere ad horam consuetam prandium distinuat. Admissio vero privilegio, nego, quod scribunt Pasqualius, Leander, & alii, posse Religiosos istos, privilegio donatos, ultra horam sibi concessam per aliud tempus non notabile prandium anticipare. Exterendum autem cum citatis Auctoribus hoc privilegium, si adesse, etiam ad eos qui nocte ad matutinum non surgunt: quia membra sunt communitatis, cui præfatam privilegium concessum dicitur. Regularis, sive privilegiati in hoc fuerint, sive non, debent in Quadragesima ante prandium horas vespertinas polleolvere, quemadmodum præfatam omnes alie Ecclesiæ; & extra Quadragesimam nonam pertolvere debent. Qui vero chorum non frequentant, ad id non tenentur.

## CAPUT XVII.

Reconsideratur dies quibus ieiunandum est, & abstinendum a carnibus.

I. Quamquam superiore dissertatione determinum de variis temporibus quibus ieiunandum est; nihilominus ab re non iudicamus, pressius hic esse omnes recedere quibus ex præcepto Ecclesiæ vel ieiunandum, vel abstinendum est a carnibus. In primis fideles ieiunare tenentur tota integra Quadragesima, que incipit feria iv. cinerum, & desinit nunc fabbato sancto; licet more veteri desinere feria v. in coena Domini, & alio quoque tempore inciperet, de quo dictum est supra. Mediolani etiam nunc consuetudo obtinet incipiendi Quadragesimam dominica prima eadem: cuius tamen consuetudinis privilegio non gaudent Regulares. Item ieiunandum est in omnibus vigiliis Apostolorum, exceptis vigiliis sanctorum Philippi, & Iacobi, ac Ioannis Evangeliste. Et quamvis olim dubium fuerit de vigilia S. Mathie, occurrente feria tertia post dominicam quinquagesimæ; in presentium tamen nulla est difficultas ob decretum Sacre Congregationis, datum anno 1694. die 22. Ianuarii, quo decernitur ieiunandum esse etiam ubi quadragesimale ieiunium incipit festum feria secunda celebrari coniungat, fabbato præcedenti ieiunandum est. Tertio loco ieiunandum est in vigilia Nativitatis Domini, & Assumptionis B. Virginis

nul-

nulleque alia vigilia B. Virginis ad ieiunium obtinere. Ieiunia quatuor temporum obligant sub mortali; quidquid in oppositum alterat contra communem sententiam Pasqualius desit. Hæc quatuor tempora ieiunia celebrantur feria iv. & fabbato post festum S. Crucis Septembris, post festum S. Lucie mensis Decembris, post diem cinerum, & post festum Pentecostes. Ieiunium vigilia Pentecostes obligat non vi iuris canonici, sed vi receptæ, & universalis consuetudinis. Tandem sub mortali ieiunandum est in vigiliis S. Ioannis Baptiste, S. Laurentii, & festivitatis omnium Sanctorum pariter ex universalis fidelium consuetudine. Si vigilia S. Ioannis Baptiste incidat in festum Corporis Christi, feria iv. ieiunandum est; ut patet ex Bulla Urbani VIII. que incipit *Omnia*, data anno 1638. Hæc sunt ieiunia ab universa Ecclesia sub mortali observanda. Si quæ olim alia in usæ erant, nunc antiquata sunt.

II. Recentissimis ieiuniorum diebus, ostendendum nunc restat, quando abstinencia a carnibus obliget sub mortali, sive vi legis, sive vi consuetudinis. Alicubi consuetudo obtinet abstinendi a carnibus in tribus diebus Rogationum: in aliis provinciis ieiunatur feria secunda, & quarta: & in aliis tantum in vigilia Ascensionis: ac tandem in pluribus regionibus omnibus his tribus diebus carnes comeduntur. In Lusitania tenentur ieiunium eod. maxime in pervigilio Ascensionis. Quare quique iuxta patriæ morem observare debet. Olim fideles ieiunabant feria iv. & vi. & fabbato, ac integro Adventu; & consequenter a carnibus abstinere. Sed hæc consuetudo iam penitus obolevit. Nunc solum consuetudo obtinet abstinendi a carnibus diebus fabbati, & veneris. De fabbato tamen varia est consuetudo. Nam Galli, & Belgæ carnes comedunt fabbati a Nativitate Domini usque ad Purificationem; ut testatur Paludanus, Covarruvias, & alii: similiter Hispani, licet fabbati a carnibus absolute abstinere, comedunt tamen extremitates animalium, ex-mediam, seu intestina omnia. Alique tamen provincie etiam ab his abstinere. Fideles aliarum regionum fabbati omnibus a carnibus, etiam ab intestinis, abstinere. Quare locorum consuetudines servandæ sunt. Ubi viget consuetudo abstinendi a carnibus, obligat sub mortali. Ubique locorum fideles abstinere diebus veneris a carnibus ex universalis Ecclesiæ consuetudine, que obligat sub

culpa gravi. Excipitur dies veneris, in quo recurrit festum Natalis Domini: in eo enim licitum est carnes comedere, ex privilegio, quod habetur in cap. Explicari de observatione ieiuniorum num. 3. in quo hæc legitur. Explicari per Sedem apostolicam (inquit Honorius III.) postulasti. *Ecce Respondemus, quod illi qui necesse, nec regulari observatione ieiunii infra sexta, si festum Nativitatis dominice die ipso ventre contingit, carnis usus excellentiam vobis possunt secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt qui ob devotionem vobiscum abstinere.* Idem dicendum, si festum Nativitatis incidat in diem fabbati: ex universalis enim consuetudine etiam hoc die carnes comeduntur, quoties Nativitatis festum recurrit.

III. Quæst. I. An Regularis, qui regulari observatione adstrictus sunt abstinere a carnibus, possint die veneris, in qua celebratur festum Nativitatis Domini carnes comedere? Resp. Regularis qui vi voti, aut præcepti obligantis sub mortali, tenentur abstinere a carnibus, & ieiunare die veneris, iuxta communissimam sententiam non possunt in præfato die, etiam si incidit festum Nativitatis Domini, carnes comedere. Difficilis est de Regularibus qui solum ad ieiunium, & abstinendum tenentur vi Constitutionum, que ad culpam non obligant, ut sunt Prædicatores, Sylvestri verb. Ieiun. num. 28. cui adherent alii, Iulianus Prælatorum, qui valet ceteris diebus dispensare in eia carnium, posse quoque in dicto die: *Quia, inquit, cum ubi sint esse prohibitiones, tollit Ecclesiæ, & Religiosorum, sublata prima per Ecclesiæ, stat solum secunda, super quam potest Prælatorum.* Hanc opinionem defendunt etiam Wigandt tract. v. exam. iv. num. 102. Salmanticenses tract. xxiii. cap. xi. punct. 5. §. 2. num. 106. Sed omnes Auctores isti innuuntur fallissimum principio. Quoniam, ut ex relata concessione Honorii III. constat, privilegium comedendi carnes illis solis conceditur qui vel ex voto, aut ex regulari observantia non tenentur abstinere: *Qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti.* Eos ergo excipit Pontifex a suo privilegio qui non modo voto, sed etiam regulari observantia obstricti sunt abstinere a carnibus. Quo ergo fundamento adest Sylvestri, & Salmanticenses, esse duas prohibitiones, Ecclesiæ, & Religiosorum; & sublata prima, remanere secundam; cum Pontifex conceptis verbis declaret, se non auferre primam, ubi est secunda? Si privilegium absolutum esset, omnel-